UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

# Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Exercitivm Secundum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49363

Visual Library

# EXERCITIVM SECUNDUM.

## De deuotione erga SS. Angelos Cuſtodes noſtros.

VT in mundi huius exordio infinitæ Dei placuit Bonitati variis ſeſe liberaliſſimè cõmunicare creaturis, vnam inter omnes eligit, cui perfectam ſuam ac completam imprimeret ſimilitudinem; & huiuſmodi fuit natura Angelica, quam creauit in gradu intellectiuo completam, adeò, vt tota eſſet Spiritus, abſque compoſitione corporis, purus intellectus ſine dependentia à ſenſibus; vndè à magno Areopagita Angeli appellantur *Diuinæ mentes, & cœleſtes intellectus*, & à S. Thoma vocantur *Creaturæ intellectuales in ſummo rerum vertice conſtitutæ*, creaturarum, quæ vnquam ab omnipotente Dei manu prodiêre, perfectiſſimæ, & rationem huius reddit idem S. Doctor, quia perfectio creaturæ conſiſtit in imitatione & ſimilitudine Creatoris ſui, & quo maior eſt hæc ſimilitudo, eò maior eſt creaturæ perfectio, & Angeli aſſimilantur Deo in gradu totali intellectiuo, vndè in hoc gradu creatura creari nequit perfectior Angelis: Quam ob cauſam per Antonomaſiam Angelus dicitur *Signaculum ſimilitudinis*, perfectiſſimum, ſcilicet exemplar imaginis Dei, quò ad gradum, vti diximus, non quoad ſpeciem; enimuerò ſpecies Angelorum in perfectionibus ſemper in infinitum creſcere poſſunt; & iuxta perfectionem naturæ Angelorum nobiliſ-

*2. contra Gentes cap. 46.*

*S. Dionyſ. apud S. Thom. opuſc. de 15. Angelis.*

*2. contra Gent. c. 46. Opuſc. 3. cap. 75.*

*Ezech. 28.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bilisſimum etiam eis asſignatur officium, vt ...
præſint cæteris omnibus creaturis inferioribus ...
toto & purè corporeæ ſint, ſiuè mixtæ & com...
ſpiritu & corpore, quales ſunt homines; hunc ...
quem Diuina requirit Sapientia vt naturas ...
gubernet per ſuperiores, & ſuperiores per ...
quæ eſt Deus, & in hac diſpoſitione, inquit S. Au...
nus, ſtabilitur hoc Vniuerſum, vt *Spiritus ir...*
*gatur per ſpiritum rationalem, & ſpiritus ...*
*ſertor & peccator per ſpiritum rationalem ...*
*ſtum, & ille per Deum*, nimirùm, vt bruta regan...
bernentur ab homine, homo ab Angelo & De...
nem huius adfert S. Thomas, quia *variabile ...*
*per inuariabile & immobile debet gubernari ...*
qui eſt variabilis ac mobilis in bono, regula...
rigendus eſt ab Angelo, qui in eodem bono ...
& immobilis exiſtit.

*S. Aug. lib. 3. de Trinit. c. 4. Tom. 3.*

*p. 1. q. 113. a. 1.*

Et quemadmodùm in paruo mundo, qui ...
pars inferior, nempè, ſenſus ſuperiori, ſci...
ſubordinari, & ab ea gubernari debet; ...
pars principalior & ſuperior, nimirùm, Angeli ...
guſtino dictus *magna pars cœleſtis ciuitatis, ...*
*quæ nunquam peregrinata*, regere ac guber...
partem inferiorem, quæ eſt homo.

*lib. 11. de Ciuit. Dei. cap 9. to. 5.*

Verùm inſpiciamus, quàm nobile ac emi...
Angelorum regimen: excellentia officii hu...
da eſt ex fine, qui in eo conſiſtit, vt homines ...
pertrahant imitationem & ſimilitudinem, & ...
te ad imitationem & ſimilitudinem Dei; ...
Angelicũ, perfectio effectus cõſiſtit in reducti...
uerſione ad ſuum principiũ, quod fit per imita...
ſimilitudinem: & ſicuti duo dantur principia, ...
noſtram concurrunt ſalutem & perfectionem, ...
principale, & eſt Deus, ſecundum eſt mi...
Angelus eſt, Cuſtos noſter (ſiquidem Proui...
duas habet partes, prima eſt diſpoſitio & ord...
rum, & hæc immediatè concernit ipſum Deum, ...
eſt executio, & hæc committitur cauſis ſecun...
Angelis) ita meditari debemus vtrumque ...
Angelicum eſt tanquam finis & medium ...

*Tho. 2. cõt. Gent. c. 46. & opuſc. 7. c. 75.*

& Diuinum, vtpotè, primum principium eſt finis vltimatus; vndè conſiderari poteſt, Angelum ducem noſtrum hanc nobis inculcare Apoſtoli ſententiam: *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti*, q. d. eſtote ſolliciti, vt meæ ſtudeatis imitationi, etenim me imitando, Deum ac Chriſtum Dominum noſtrum imitabimini.

*Ad Hebr. 11.*
*Beda to. 8.*
*in Pſal. 33.*

Quapropter Sancti ſummoperè nobis commendant Angelorum imitationem, veluti rem non minùs neceſſariam, quàm ſit ſalus noſtra, hanc enim Deus exequitur ſuffragante Angelorum miniſterio. Ciuitas Dei, quæ eſt Ciuitas ſuperna regni cœleſtis, Angelorum ciuitas eſt, aut per naturam aut per gratiam, & ideò *Deus factus eſt homo, vt homo fieret Angelus*, & ſi ad beatam illam Patriam admitti, & in eadem recipi exoptemus, vnicum ſupereſt medium, vt nos transformemus in Angelos: *Eſto Angelus*, conſulit S. Ambroſius, *ſequendo mandata Dei, & cùm fueris Angelus, videbis faciem Dei.* Neque difficultate operis huius deterreri, & animum deſpondere debemus: *Non deſperemus nos futuros eſſe æquales Angelis*, hortatur nos D. Auguſtinus, *maior enim Angelis deſcendit ad homines, & creator Angelorum ſuſcepit hominem, & Dominus Angelorum mortuus eſt pro homine*, quaſi diceret S. Auguſtinus; longè plùs eſt & maiùs, quod Deus ſe faciat hominem, & moriatur pro homine, quàm quod homo ſe faciat Angelum; ergò ſi Deus fecit primum, per merita Paſſionis ſanguiniſque ſui effuſionis ſperare debemus, quod in nobis efficiet ſecundum, ac proindè non deſperandum, ſed ſperandum nobis eſt, quod Diuinâ patrocinante gratiâ ſimiles nos reddemus ipſis Angelis, ac tanquàm Angeli recipiendi & admittendi ſumus ad cœleſtem Angelorum ciuitatem.

*S. Amb. in pſal. 118. lit. 8. v. 2. tom. 8.*
*S Aug. in pſal. 137. to. 8.*

Ex hucuſque dictis edocemur, quo oculo contemplari debeamus Angelos cuſtodes noſtros: eos namque conſiderare non tantùm veluti Magiſtros noſtros, qui nos illuminent, tanquam protectores noſtros, qui nos protegant, ſicuti defenſores noſtros, qui nos tueantur & defendant, vt aduocatos noſtros, qui cauſam ſalutis noſtræ agant & promoueant, & *vt Dei cultores & agricolas noſtri cordis*, conformiter ait Origenes; verum etiam tanquam exemplaria noſtra ad imitandum nobis propoſita,

*Orig. tom. 2. Hom 11. ſuper num.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poſita, tanquam prototypon, è quo viuam luce ef-
figiem delineemus, tanquàm ſpecula, in quibus con-
plemur imitemurque perfectiones Diuinas
ipſum eſt, quod mouit Sanctos, vt beatos Ange-
pellârint *prima exemplaria poſt Deum, ſecundum*
*& riuulum primi luminis, ſecundaria luminaria*
*marie ac ſempiterno lumine ſplendorem haurientia*
*culum purum immaculatum ſuſcipiens totam, ſi*
*ens eſt dicere, pulchritudinem boniformis Deiformi*

*Nazianz. orat. 40. in S. Bapt. Damaſc. to. 2. fid. c. 3 Dionyſ. de Diui. Nom. c. 4.*

Et hæc dicta ſufficiant de natura & officio An-
rum Cuſtodum noſtrorum. Vt igitur progre-
ad praxin ſeu exercitium, nonnulla pertract-
puncta.

Primò de perfectione Angelorum, & qui
eoſdem imitari debeamus.

Secundò de aliis quibuſdam perfectionibus
& admiratione dignis in Angelis.

Tertiò de Cuſtodia Angelorum, quam exe-
homines.

Quartò de proprietatibus & conditioni-
Cuſtodiæ.

Quintò de devotione nouem Angelorum C-
hibendâ.

Sextò de deuotione ſeptem Angelis exhiben-
Septimò de deuotione S. Michaëli Archang-
ſtendâ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CAPUT I.

## *De excellentiis & perfectionibus Angelorum, Cuſtodum noſtrorum.*

## &

## *Quâ ratione in iis ſint imitandi.*

### Prima Excellentia Angelorum;

### *Quod ſint puri Spiritus.*

ANgeli in natura ſua ſunt formæ ſimpliciſſimæ, ſpiritus puriſsimi omnem omninò materiæ compoſitionem excludentes, ſunt veluti lux puriſsima ab omni corporis imperfectione, quæ eam obumbrare poſſet, libera & ſegregata, tantæque exiſtunt perfectionis, vt quaſi in infinitum totam excedant naturam corpoream, cum comparatione huius ſint in ordine ſuperiori: vndè in perfectione excedunt quoque naturam humanam, quæ non eſt purus ſpiritus, veluti Angelus; ſed compoſita eſt ex corpore & ſpiritu; & hanc perfectionem in Angelis imitari debemus, curando, vt totaliter perfectique ſimus ſpiritus, conformiter conſulebat Apoſtolus: *Vt ſpiritus veſter integer* completus & perfectus, 1. *Theſſ.* 4.
quia, iuxta Angelicum, non tantùm anima noſtra cor- 8. *contra*
poris forma eſt, ſed etiam ſpiritus per ſe ſubſiſtens, adeſt- *Gent.* c. 56.
que corpori, *vt motor mobili*; vndè Plato dicebat, quod 57.
homo eſſet *ipſa anima vtens corpore*, non quia corpus non ſit quoque pars hominis; ſed quia anima eſt pars principalis tribuens denominationem, quemadmodum Princeps dicitur eſſe Regnum, in quantum eſt illius pars principalior; & hic ſpiritus tùnc integer & perfectus erit, quando perfectè dominabitur carni, & in nullo eidem ſubiicietur. Quapropter corpus noſtrum hanc quoq;

parti-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

participet perfectionem ſpiritus, neceſſe eſt, ſub
*Pſal. 58.* do ſe, & obediendo ſpiritui & rationi, vt non
*noſtrum, ſed etiam caro noſtra exultet in Deum*
Verùm hæc participatio perfecta erit in alte
*1. Cor. 15.* *quando reſurget corpus*, non iam animale; ſed ſ
quia habebit proprietatem ſpiritus in puritate,
& ſubtilitate omnia penetrando inſtar ſpiritus;
perioritate ad omnes paſſiones huius vitæ; &
independentiam ab omnibus corporis neceſſ
concernentibus victum, veſtitum &c.

## Secunda Excellentia Angelorum.

### *Quod habeant purum eſſe intellectiuum.*

QUemadmodum Angelus in eſſe eſt indep
corpore; ita quoque in operari: vnde
rus duntaxat, & planè ſpiritualis ſine depend
pore, verũ etiam purus eſt, & prorſus intelle
que dependentia à potentia ſenſitiua, & huiuſ
nis ergò natura Angelorum dicitur natura
lis, & natura humana rationalis, id eſt, diſc
pter dependentiam in intelligendo à potentia
Quò ad hanc perfectionem imitabimur
gelos, non tollendo potentiam ſenſitiuam,
dinando ac ſubordinando intellectui, ita, vt n
moueat aut pertrahat nos ſenſus ad obiectum
le, ſed ſemper nos moueat intellectus ad pr
obiectum honeſtum &
rationabile.

## Tertia Excellentia Angelorum.

### *Quod ſint ſemper mobiles.*

ANgelus, ſecundùm D. Damaſcenum, *eſt ſubſtantia* 1.p.q.38.a.1
*ſemper mobilis*, idq; intelligitur circa propriam co-
gnitionem; quia continuò ac neceſſariò cognoſcendo
ſeipſum cum dependentia & relatione tranſcendentali
ad Deum, indirectè quoque cognoſcit ipſum Deum, &
hæc cognitio in Angelo poteſt eſſe perpetua & intenſa,
quia nullum habet obuium, ſeu corporis, ſeu paſſionum
impedimentum vel obſtaculum: *Et natura intellectua-* q.57.art.6.
*lis non impedita toto conatu, & quantum poteſt, fertur in
ſuum ſuppremum appetibile.* Et hanc perfectionem ve-
rè Angelicam imitari debemus, nunquàm ceſſando à
propria cognitione, & ſanè tunc imitamur, quotiescun-
que cognoſcimus id, quod ſumus ex nobis, hoc eſt, nihil,
idque eo fine, vt nos ipſos annihilemus, humiliemusque;
& quod habemus ex nobis, videlicet peccatum, idque
propterea, vt poſtulemus humillimè veniam & remiſ-
ſionem: & quod habemus à Deo, quod eſt natura &
gratia, eò, nempè, fine, vt ei referamus gratias.

## Quarta Excellentia Angelorum.

### *Quod perfectam cum Deo ſortiantur ſimilitudinem.*

ANgeli ſancti non imaginem duntaxat; verùm et-
iam ſimilitudinem Dei retinent, imago fundata eſt S.Cyrill.
in natura, ſimilitudo in gratia; quapropter *Lucifer ſu-* Alex.lib.6.
*perbiendo retinuit imaginem, ſicut naturam; amiſit ta-* in Ioan c 6
*men ſimilitudinem, ſicut & gratiam*, & non ſolum reti- S.Greg.32.
net Dei ſimilitudinem, ſed etiam magnam illam perfe- moral.c.34

*Ezech. c. 28* ctionem: quapropter, vt ait S. Gregorius, *Angelo, ad ſimilitudinem Dei conditum, ſicut ipſum ſignaculum ſimilitudinis Dei, vndè* *maius tributum eſt.*

*Rupert. lib 1. de Victoria Mund. c. 8.* Et hæc perfecta ſimilitudo, ſecundùm Rupert. tribus conſiſtit, in aſſimilando ſeſe ſanctiſſimæ ti in potentia, in ſapientia, in pulchritudine in prima perfectione ſe reddunt ſimiles Patri, Filio, in tertia Spiritui ſancto, & quò ad hanc ſimilitudinem imitari debemus ſanctiſſimos creſcendo ſemper in gratia, quæ eſt ſupernatu dam participatio & ſimilitudo Dei, & cum ſanctiſſimæ Triadi ſimilem ſe quoque effici tia, ſapientia & pulchritudine, quia per gratia vires animæ, & amplius proficit & augen tia & pulchritudo.

## Quinta Excellentia Angelorum.

### *Continuam habent Dei præſentiam*

EA eſt Angelorum ſanctorum propria cond *S. Greg. Hō. 34. in Evangel.* quit D. Gregorius, vt nunquàm deſiſtant plātione Dei, & *cùm mittuntur, etiam aſſiſtunt,* reddit rationē: *quia, etſi circumſcriptus eſt Ang* *ſummus tamen ſpiritus, qui Deus eſt, circum* *eſt.* Vndè Angeli ſancti nunquàm ſunt pure & non aſſiſtentes, quia *ſemper vident faciem* mox dicetur. Hæc eſt altiſſima Angelorum imitatione digniſſima: debet Dei ſeruus, *S. Bonav. Stim. 2. p. c. 9.* à Bonauentura, in omnibus ſuis verbis, & actionibus ita ſe habere & gerere, *ac ſi Deum* rum Angelorum more, *facie ad faciem videre* tio eſt, *quia Filius timet Patrem, non quia vide* *videtur à Patre, dummodò hoc certè ſciat,* minùs nos videt in terra, *quàm ſi eſſemus in* *ante ipſum;* ergò ad imitationem ſanctorum

tum ambulemus ſemper intra Deum, Diuinæ aſſiſtamus
præſentiæ, Diuinas contemplando perfectiones, præſer-
tim tria illa ternaria attributorum Diuinorum: primum
potentiæ, ſapientiæ, bonitatis Dei: ſecundum infinitatis,
immenſitatis, & æternitatis Dei altiſſimi: tertium ma-
gnitudinis, pulchritudinis & dulcedinis Diuinæ.

Angeli non tantum non deſerunt contemplationem
propter actionem; ſed, quod plùs eſt, non impeditur, ne-
que diminuitur, veluti in nobis contingit, contemplatio
propter actioné, & rationem huius adfert S. Thomas, S. *Thom. p.*
quia homo regulat ordinatque externas ſuas actiones 1. *q.* 112. *a.* 1.
iuxta partem intellectiuam & ſenſitiuam ſimul, & quan-
do pars ſenſitiua *intenditur*, intellectiua *minuitur*; at An-
gelus actiones ſuas externas regulat dirigitq; iuxta ſolã
partem intellectiuam, ac proptereà actio externa haud
diminuit internam contemplationis operationem: *Quia
duarum actionum, quarum vna eſt regula, & ratio alte-
rius, vna non impedit, ſed iuuat aliam.* Vndè pro noſtra
inſtructione colligitur, quod operaturi actionem aliquã
externam, ſi non poſſimus eſſe toti intellectiui, veluti
ſunt Angeli, ad minus curemus eſſe magis intellectiui,
quàm ſenſitiui, & non adeò vegetemus ſenſus opera-
tione, vt impediat remittatque operationẽ intellectus.

## Sexta Excellentia Angelorum.

*Virtutum perfectionibus præditi ſunt.*

TRia inſtantia diſtinguunt Theologi in Angelis, pri- 1. *p q.* 63. *a.*
mum creationis, in quo tàm boni, quàm mali creati 5.
fuerunt in gratia: ſecundum viæ, in quo boni bona ac
meritoria exercuerunt opera, mali mala, & peccarunt:
tertium gloriæ ipſis Angelis, pœnæ æternæ Dæmoni-
bus. Quoad actus virtutum ab Angelis ſanctis exercitos,
quando fuerunt in via, duo adſunt modi dicendi.
Primus eſt D. Thomæ aſſerentis Angelos viatores bo-
nos per vnũ actũ meritoriũ charitatis acquiſiuiſſe glori- *q.* 62. *a.* 5.
am, quod probat, quia gratia perficit naturam per

*modum naturæ*; ergò ſicut Angelus ſubitò
diſcurſum obtinuit Beatitudinem naturalem,
modo obtinuit Beatitudinem ſupernaturalem
per vnum actum charitatis, & non per ſucceſſ
rium actuum: & idem confirmatur, quia Ang
*to conatu & intenſione operabantur*, ditando
cando adæquatè, *& ſecundùm omnes gradus*
tiſſimum, quod receperant, gratiæ capitale, erg
peruenerunt ad terminum.

Secundus modus dicendi eſt Scoti exiſtim
gelos per plures variosque virtutum actos in
citos acquiſiviſſe ſibi gloriam, puta, per actus Fi
Charitatis, Religionis, Obedientiæ, Humil
ctionis fraternæ Angelis rebellibus exhibitæ,
& petitionis auxilii à Diuinâ Bonitate, &
modus ex eo probatur, quia haud poterat
la pugna & concertatio: *Prælium magnum*
Apoc. c. 22 *cœlo*, absque pluribus actibus & meritoriis, &
riis vtriusque partis. Ex vtraque hac opinion
bili imitationem eliciemus pro noſtro profect
ma quidem intenſionem operandi, ſiquidem
geli propter vnicum ſolum actum, quia *fuit*
*ſu intenſiſſimo*, totam illam, quâ modò gaude
re ſibi gloriam. Ex ſecunda verò opinione
actuum meritoriorum repetitionem & mul
nem, ita, vt non contenti ſimus perficere
ſolum, & vnius virtutis; ſed plures & vari
um virtutum, iuxta occaſiones & gratiam nob
tu ſancto communicatam, & quamuis in omn
tibus ſancti Angeli nos præcedant exemplo,
bus eoſdē imitemur, oporteat: nihilominus
quodam modo illos, ſecundum Caſſianum,
Caſſ. lib. 6. cap 1. bemus in puritate: *In merito & gratia Caſtit*
cundùm Bedam, in humilitate, *vt ſicut pe*
Beda in Pſal. 31. com 8. *Angelus factus eſt diabolus; ita homo per*
*fiat Angelus*. Et hęc humilitas in eo maxime
*tam in proſperis, quam in aduerſis Deum*
*etſi cætera auferantur, ipſe tamen non aufer*

Contemplati ſumus, mentisque oculis c
actus virtutum ab Angelis bonis exerciſos,

tur. Videamus etiam prauos ac demeritorios actus malorum Angelorum, vt eoſdem fugiamus: circa peccatum Luciferi eiusque ſequacium varii extant dicendi modi, & omnes reducuntur ad hos quinque.

Aſſerunt primò, Luciferum peccaſſe peccato inobedientiæ, eò quod à mandatis & præceptis Diuinis ſeſe eximere ſtuduerit. *S. Aug.*

Secundò, peccato ſuperbiæ contra Chriſtum, eò quod ipſum vt Deum recuſârit adorare. *Catar.*

Tertiò, peccato inuidiæ comparatione hominum, eò quod illos noluerit habere comites & ſocios in gratia & gloria. *S. Bern.*

Quartò, nimio affectu & amore erga ſeipſum, eò quod propriam amauerit Beatitudinem naturalem, tanquam vltimum finem. *S. Thom.*

Quintò, inordinato appetitu in Beatitudinem ſupernaturalem eò quod illam appetierit tanquam propriis meritis debitam. *Albertus.*

Et hæc vitia tibi fugienda ſunt, actusque virtutum contrariarum eliciendi.

# Septima Excellentia
## Angelorum.

### *Zelo gloriæ Dei ſunt inſtructiſſimi.*

Cùm Lucifer animo ſuperbo ſeſe erigeret contra Deum, dicendo *in corde ſuo: Deus ego ſum*, aut *per ſimilitudinem*, deſiderando vt Deus *omnibus præeſſe & nulli ſubeſſe*: aut *per vnionem*, affectando vnionem hypoſtaticam cum perſonâ Diuinâ, & Chriſto eam inuidendo: aut *per eſſentiam*, vt alii volunt, at non *per actum deliberatum*, id enim impoſſibile eſt; ſed *per actum complacentiæ*, complacendo ſibi in eo, ac ſi poſſibile eſſet: cùm igitur Lucifer hiſcè aut ſimilibus obrutus cogitationibus honori ac gloriæ Dei inſidias ſtrueret, eamque ſibi arrogare pertentaret, glorioſus S. Michaël, veluti militiæ cœleſtis Princeps & Anteſignanus, cui, vtpote *Ezech. 28.*

zelo honoris Deo præcellenti cæteri omnes o-
bedientiam præſtare debeant, ei ſeſe oppoſuit, dicens:
*Quis vt Deus*, &, vt notat Gerſon, hæc ſubiungens:
Gerſon *Quid habes, quod non accepiſti? & ſi accepiſti, quid*
par. 4 ſerm *gloriaris, quaſi non acceperis?* quaſi dixiſſet: cogita Lu-
de S. Mich. cifer, totum, quod habes, te accepiſſe a Deo, cur
de eo, quod poſſides tibi ipſi, & non Deo attribuis glo-
riam? & cum hoc, inquit Gerſon, *fuit factum bellum*
*morale, & quaſi ſcholaſticum* inter S. Michaëlem
que ſequaces ex vna parte, & inter Luciferum & eius
aſſeclas ex altera parte; verùm aduertens S. Michaël
cum ſuis, ſe ſurdo canere, & hiſce veluti paternis monitis
& documentis nullum efficere fructum, deuenerunt ad
manus, *& ad ſecundum bellum Agoniſticum*, ac
turbarunt Luciferum cum aſſeclis ſuis, eumque
pitem dederunt in imum inferni barathrum,
lium, concertatio & pugna, quæ incepit in cœlo
adhuc perdurat in terra in ordine ad animarum
enimuerò vbi S. Michaël Regnum Chriſti
amplificare ſatagit animas pertrahendo & d
Deum, vbi Lucifer affectu contrario Regnum
ſti deſtruere nititur, perſuadendo animabus,
inobedientes & rebelles Deo; quando igitur
huiusmodi interſunt prælio, in tali conſtituti
tamine, imitari debent ſanctum zelum beato-
rum ſpirituum S. Michaëlis & ſociorum
quando Dæmon nos tentat nobis ſuadendo,
nullam præſtemus obedientiam, eiusque ſanctis
uerſemur, prompto fortique animo ei reſiſtentes
ſpondere debemus eiſdem Ducis noſtri verbis
*Deus*, cui quis poſſit reſiſtere, & in omnibus
beat obedire? Neque dimicatur duntaxat
modi certamine pro gloria Dei; verùm etiam
Ad Epheſ. Apoſtolum, (*in cœleſtibus*) *id eſt pro cœleſtibus*
3. dem Sathanas noſter fatalis hoſtis ex odio, quo
ſequitur, ratione imaginis Dei, quam in nobis
rimus, cœleſti nos prætendit priuare gloria,
ei ſufficit, neque hic ſiſtit, ſed omni conatu ad
etiam nos pertrahere ſatagit. Conſidera igitur
vrgeamur neceſsitate, vt ſtrenuè viriliterque

mus, & ex hoc prælio reportemus victoriam; agitur de gloria Dei, ſtamus in procinctu obtinendi aut perdendi æternum Regnum cœlorum, ſumus in periculo æternæ damnationis, ergò *eſtote fortes in bello*, vti nos exhortatur S. M. Eccleſia, mentis noſtræ oculis ſemper obuerſetur finis certaminis, qui eſt, conformiter docebat S. Franciſcus: *Paradiſus apertus, Infernus apertus, in medio Chriſtus Crucifixus.* Inuocate ſemper cœleſtis militiæ Principem. Capitaneum & Ducem noſtrum: *Sancte Michael Archangele defende nos in prælio, ut non pereamus in tremendo iudicio.*

## Octava Excellentia Angelorum.

### *Zelo ſalutis Animarum dotati ſunt.*

IN binis ſtratagematibus magni valoris æſtimationisque egregium inuictumq; ſe præbuit ducem S. Archangelus Michael.

Primum contigit in Cælo, cum ſuo exemplo, inſtructione & exhortatione Angelos bonos ad fidelitatem Deo pręſtandam ſeruandamq;, & nè fallacibus Luciferi perſuaſionibus aures præberent, animaret & cōfortaret.

Secundum in terra accidit, dum vnà cum ſociis ſuis procurat animarum ſalutem, eas ab inſidiis & potentia Sathanæ protegendo.

Magnus Areopagita modum tradit, quo exerceant hoc officium: primò *conſtanter Diuinam dignitatem intuendo:* ſecundò, *quantum fieri poteſt, illam in ſe exprimendo:* tertiò, *aliis inferioribus acceptam lucem infundendo.* Beatæ illę mentes perfectiones Diuinas aliis haud communicant, niſi eas in ſe primò exprimant contemplando & imitando eas, & hoc, opinione D. Bernardi, viſionum illarum, quas habuit Patriarcha Iacob, ſignificatum erat, quandò vidit Angelos non ſolùm aſcendentes, neque ſolùm deſcendentes

*S. Dionyſ. de cœl. Hierar. c. 3.*

*S. Bern. ſerm. 15.*

 per

per ſcalam ; ſed aſcendentes ſimul & deſcend
aſcendebant per contemplationem in Deum de
bant per actionem ad proximum ; & Seraphim
*Iſa.* 6. Iſaiam non cantabant duntaxat, neque ſolum
ſed cantabant pariter & volabant : cantabant D
iubilo, ad nos per cuſtodiam volabant. Hunc
zelum Angelorum imitari debemus, & eomo
ipſi eum exercent : *intuendo , exprimendo,*
contemplando Diuinas perfectiones, per im
in nobiſmetipſis eas exprimendo, ac deinde
cando illas noſtris proximis. Præterea ſanct
*S. Thom. q. 61. art. 4.* aliâ quadam proprietate ſunt præditi : *Quia ſunt*
*niſſima participatione Diuinæ Bonitatis, à Deo*
*ſubiectis impertiuntur*, quantum Angelus ſuperio
riori recipit, tantundem impertitur inferiori
riter ſanctos Angelos cuſtodes noſtros imitari
prompto lubentique animo communicando
noſtris gratiam à Deo receptam, iuxta conſil
*S. Pet. 1. 4.* tri Apoſtoli : *Vnusquisque pro ut accepit gratiam*
*utrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſ*
*tiformis gratiæ Dei.* Et hæc communicatio A
propria eſt, vt , vt ſicut notat S. Bonauentu
ſaret communicatio exhibenda inferioribus
quoque illuminatio præſtanda à Superioribus

## Nona Excellentia Angelorum.

### *Immobiles perſtant in bono.*

*q. 64. a. 2.* NAturæ Angelicæ, ſecundùm S. Thoma
num eſt, vt in eo, quod reſoluit, deliberat
ret immobilis, nec vnquam ab ea diſcedat
Et huius inflexibilitatis duæ principales
ones, prima quia operatur cunctas præuid
vndè noua ei occurrere nequit ratio, ob qua
& ab ea deflectat ſententia : ſecunda quia ope
tenſiſſimè, *& ex omni conatu*, eſtque ei mo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

le, imò impoſſibile, vt, quod intenſe æſtimat & amat, refutet: & hanc immobilitatem in Angelis imitari ſtudeamus, ſimus immobiles in Amore Chriſti, quemadmodum conſtitutus erat Apoſtolus, quando dicebat, nihil eſſe in Mundo, quod ipſum à dicto amore retardare aut ſeparare poſſet, immobilis quippè erat in exequenda ſemper voluntate Dei, neque vnico etiam temporis momento ab ea recedebat; idque proprium eſt virtuti fortitudinis: *firmare voluntatem in bono rationis contra omnia mala imminentia*, ſtabilire & fundare voluntatem immobiliter in bono honeſto & rationabili, non obſtantibus omnibus malis, quæ nobis bellum indicere & aduerſari poſſent.

Media, quibus hanc attingamus immobilitatem, ſunt eadem ipſa ſupra recenſita. Primum eſt, conſiderare omnes rationes, quæ tibi perſuadent ſeruitium & obſequium Dei. Secundum, amare intensè Deum, quia amor eſt vinculum quoddam & ligamen, quo anima alligatur Deo: ergò quò intenſior fortiorq; erit hæc vnio, eo magis Deo vnita erit anima, eique difficilis admodum erit ſeparatio à Deo, quod euidenter oſtenditur experientiâ, quia ſanctiores in amore Dei ſunt firmiores & conſtantiores, vbi negligentes & tepidi facilè à cœpto retardantur & amouentur bono.

## Decima & vltima Excellentia Angelorum.

### *Sunt impeccabiles.*

NAtura creata per ſeipſam & ex ſeipſa defectibilis & peccabilis eſt; ſed *ex coniunctione perfecta ad bonum increatum*, quæ contingit & fit mediante Beatitudine, redditur indefectibilis & impeccabilis, Ratio eſt, quia cùm in Deo conſpiciat omne bonum, extra Deum aliud bonum amare nequit, ac proindè peccare non poteſt. Talis eſt natura Angelica ex ſe peccabilis; at impeccabilis in Deo propter perfectam, quam habet cum Deo mediante gloria vnionem.

*S.Thom. q. 62. ar. 8. ad 1. in corp.*

Ecce medium, Anima mea, quo quotieſcunq;
fueris, nec peccabis, nec à Deo te ſeparare poteris
quamuis hoc ſecundum in hac vita obtineri ne-
primum tamen aliquâ ex parte quis conſequi p-
Pſal. 24. *Oculi mei ſemper ad Dominum, & ipſe euellet de*
*pedes meos*, caue, commoteris & perſiſtas in
totum, quod creatum eſt, tranſcende, & ſolùm in
to bono perſta & commorare, ab eoque rece-
nullâ ratione ſine, ibidem ſolùm reperies om-
*amabile*, & extra illud nullum aliud aſſequêris
amabile; vndè cùm nullum aliud reperias bo-
quod ſit extra Deum, quodque te ad offenſam
Dei alliciat, quaſi impeccabilis euadas.

# Caput II.

## *De cæteris Angelorum ſanctorum perfectioni-bus, non imitabilibus, ſed admirabilibus.*

S. Aug. de Ciuit. lib. 11. c. 9. to. 5. S. Tho. q. 61 a. 4. Mag. in 2. d. 2.

PRimò, mirabilis eſt Angelorum perfectio
creationis ſuæ, quia, vt docet S. Auguſtinus
Thoma, creati fuerunt in loco ſublimiori ac em-
ri totius Mundi, puta, in Cœlo empyreo.

Rationem huius adfert Alenſis, quia non decuit
*turas intellectuales nobiliſſimas alibi, quàm in ſummo*
*lo creari.* Ad illud verò, quod nonnulli obiic-
ſerentes, Moyſen nullam feciſſe mentionem crea-
Angelorũ: reſpondetur cum D. Auguſtino, Moyſ-
explicitam quidèm, at implicitam feciſſe men-
quando, nimirùm, deſcripſit Cœli creationem,
ſimul ſignificantur & intelliguntur illius incolæ
bitatores, nempè, Angeli, qui, vt aſſerit venerab-
Beda. da, *mox vt creatum eſt cœlum, ſancti Angeli*
*tum, de quibus ait Dominus: vbi eras, cùm me lauda-*
Iob. 38. *aſtra matutina, & iubilarent omnes filii Dei.*

Secundò, mirabiles ſunt Angeli in eminentia
giæ ſuæ, quia habent poteſtatem & dominium,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*motum localem*, in totam naturam corpoream. & poſſunt totum id, quod poſſunt cauſæ ſecundæ naturales, applicando actiua paſſiuis.

Ratio eſt, quia potentia motiva Angeli, quâ, exiſtens ſpiritualis, mouet ſeipſum, continet in ſe virtutem motiuam corporalem; ergò alia corpora mouere poterit, *aut deferendo* vt patet in Habacuc; aut *impulſum imprimendo*. & hoc modo transferre poteſt montes de vno loco in alium, commouere elementa, cauſare incendia, trahendo etiam ignem è propria ſphæra, cauſare tempeſtates, terræ motus, varios morbos; infirmitates & dolores in corporibus humanis, turbando humores iuncturas corporis ſeiungendo, & eaſdem ſanando, applicando actiua paſſiuis.

Et eandem poteſtatem habent Angeli ſupra Dæmones, tanquàm miniſtri Dei, tametſi nonnulli illorum ſuperiores ſint in natura.

Tertiò, admirabilis quoque eſt Angelorum ſapientia; ſiquidem per ſpecies ſibi à Deo infuſas habent cognitionem omnium rerum naturalium, quæ fuerunt, ſunt & erunt, vndè cognoſcunt & comprehendunt totum Mundum, etenim cùm totum hoc vniuerſum ad eorum ſpectet regimen, conueniens quoque eſt, ſit præſens eorundem cognitioni; vndè colligit S. Thomas cum D. Auguſtino, quod priuſquam Mundus eſſet creatus *ſenſibiliter* in ſeipſo, intelligibiliter mediantibus ſpeciebus intelligibilibus extiterit in mente Angelorum: ſicque omnes creaturæ primò habet ſuum eſſe idæale in Verbo: ſecundò eſſe intentionale in Angelis: tertiò eſſe reale in ſeipſis, ac propterea eſſe rerum creaturarum tribus modis exprimitur in ſacra Scriptura: *Primò enim dixit Deus: fiat firmamentum, ſecundò fecit Deus firmamentum, tertiò factum eſt ita*: & primus modus dicendi ſignificat modum eſſendi, quem habent creaturæ in mente Dei: ſecundus illum, quem habent in mente Angelica: tertius illum, quem habent in ſeipſis.

*S. Th. q. 54.*

*S. Thom. diſp. 9. de antiſ. ar. 8.*

Quartò admiratione quoq; digna eſt perfectio & ſanctitas Angelorum. Primò, fuerunt creati in gratia, vnde puriſſimi & remotiſſimi fuerunt ab omni macula peccati & mortalis & venialis. Secundò, creati fuerunt in Beatitudine ſupernaturali viæ, quæ con-

ſiſtit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſiſtit in exercitio actuum fidei, ſpei & Charitati
non in Beatitudine ſupernaturali Patriæ, quæ c
tribus actibus Beatificis, in viſione, amore & fr
Tertiò, creati etiam fuère in Beatitudine natura
cognitione abſtractiua Dei, vt authoris naturæ,
rumque attributorum; tametſi hæc beatitudo
tit perpetua in natura Angelica ipſorum
tempore, quia non fuit in eis priuatio omnis m
peccabilitas, veluti ad perfectam requiritur b
nem naturalem. Quem vero gradum attigerit
lorum gloria, ex triplici capite conijciendum
ex gratia habituali, quæ fuit in gradu valde e
conformi excellentiæ & nobilitati naturæ: Se
intenſione & efficacia gratiæ actualis, eis imper
ta proportionem gratię habitualis; Tertiò ex a
lis, quibus Angeli cooperati fuerunt Diuina
quæ quidem cooperatio, ſecundum S. Thoma
tenſiſſima *ſecundum totum poſſe & totum con*

Quintò, Modus, quo Angeli inter ſe loqu
manã ſuperat ſcientiã, & quodammodo videtur
cabilis. Loquuntur ſibi invicem *per manif*
*conceptus*. & hæc manifeſtatio non fit, velut
S. Tho. q. 106. ar. 1. *modo ſenſibili*, & per voces ſenſibiles, ſed per
intelligibiles, *per directionem ſcilicet concept*
*ad audientem*; quandò igitur vnus Angelus
alteri, ſufficit, quod conceptum ſuum velit
alteri, poſitâ hac voluntate, tanquàm conditio
Angelus, qui audit, cognoſceet conceptum
quentis. Ratio eſt, quia Angelus audiens ha
es conceptuum & affectuum Angeli loquen
tantum non competit ei illos cognoſcere,
alter non vult, quod *propria ſecreta cordis ab*
ſcantur; ergò quamprimum alter vult e
ſubitò *per ablationem impedimenti* cognoſcun
gelo audiente, cui alter loquitur; vndè ſequ
Angelum poſſe loqui alteri in quacunque di
ſito, quia *illa ordinatio conceptus abſtrah*
quamuis plurimi ſint præſentes, vni tamen
S Thom, art. 4. Angelus loqui poteſt, quia ad illum vni
alios conceptum ſuum poteſt dirigere.

Eandem D. Thomæ doctrinam explicat S. Antoninus hoc modo: intelligere tribus modis contingere poteſt in intellectu; primò *ſecundum habitum*; ſecundò ſecundum eſſe conſideratum; tertiò *ſecundum eſſe relatum & ordinatum ad aliud*: primo modo Angelus nec ſibi nec alteri loquitur: ſecundo modo loquitur ſibi: tertio modo loquitur alteri; & eodem modo Angelus loqui poteſt Deo, dirigendo ſuum conceptum ad Deũ, & volendo, quod Deus cognoſcat & intelligat conceptum ſuum; Nec refert, quod Deus per aliam viam eundem poſſit cognoſcere conceptum Angeli loquentis, quia hæc locutio Angeli reſpectu Dei, vt benè aduertit S. Antoninus, adhuc duobus modis contingere poteſt: primò *per modum laudationis & admirationis*, & *hæc eſt continua*, quia ſemper Angeli laudant Deum, veluti Seraphim; qui cantabant ſemper: *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Secundò, *per modum conſultationis*, & hæc non eſt continua, ſed vt ſeſe offert occaſio. Verùm Modus, quo Deus loquitur Angelis, non fit *per directionem conceptus*; *ſed per productionem ſpecierum, vel conceptus*, quibus mediantibus Deus manifeſtat voluntatem ſuam, & ratio eſt, quia Angelus non eſt dotatus ſpeciebus decretorum Dei. Ex doctrina iam tradita eruitur quoque modus loquendi alius, quo Angelus loquitur animæ corpori vnitæ, & hoc præſtat aut per voces ſenſibiles in aëre formatas, aut per phantaſiam; aſt animæ ſeparatæ loquitur, aut *per directionem conceptus*, ſi anima habeat ſpecies, vel ſi non habeat ſpecies, *per productionem ſpecierum in anima.*

S. Anton 3. p. tit. 21. c. 6.

S. Thom. vt ſup.

Sexto, non minùs admirandi ſunt Angeli in illuminationibus ſuis, tàm actiuis, quàm paſſiuis, quibus Angeli ſuperiores illuminant inferiores, & inferiores illuminantur à ſuperioribus; & hæ illuminationes inter ſe proportionatæ ſunt & æquales, quia quantùm Angeli ſupremi ſunt illuminati à Deo, tantùm hi illuminant medios, & hi infimos, & hæc illuminatio contingit mediâ locutione; imò nil aliud eſt, quàm ipſa locutio, in quantùm eſt ab Angelo ſuperiori ad Angelum inferiorem, manifeſtando ei aliquam veritatem ſpectantem ad myſteria gratiæ, aut ad regimen Eccleſiæ, *iuxta captum*

*illius*

*illius*, nimirùm, iuxta capacitatem ſpecierum
vniuerſalium; quibus inferior præditus eſt; vnde,
cent Theologi, *omnis illuminatio eſt locutio, non*
*contrà*, quia Angelus inferior loquitur ſuperiori,
dicitur illuminare ſuperiorem. Et cum hoc a
rarchico, qui eſt illuminatio, ſunt connexi
ctus etiam Hierarchici, qui ſunt purgare & p
enimuerò cùm vnus Angelus illuminat alium,
eum, & ab ignorantia liberat, eique confert p
nem veritatis cognitæ, & eodem modo Angel
ſimi illuminant animas noſtras, loquendo & m
do Diuinam voluntatem; non immediatè intel
mediante phantaſia; vndè docet S. Bonauentu
S. Bona. *talis illuminatio non eſt per modum luminis*
*nec per modum ſpeculi repræſentantis, ſed per mod*
*guæ viuaciter exprimẽtis & excitantis, vt Diſtin*
q. 51. a. 2. Septimò, mirabiles quoque ſeſe demonſtrant
ſimi Angeli in corporibus aſſumptis, eò quòd h
corpora forment ex materia aëris condenſati p
tiam ſuam motiuam: quamuis enim aër ex ſe
cet S. Thomas, *nec formari nec colorari poſſit*,
nùs, quando eſt condenſatus, *& figurari & colo*
*eſt: ut patet in nubibus*; & finis harum appari
corporibus aſſumptis *non eſt propter ſe, ſed prop*
S. Tho. l. c. *vt famaliariter nobiſcum conuerſando demonſtr*
*ligibilem ſocietatem, quam homines expectant*
Abulenſ. *bendam in futura vita.* Verùm non deſunt,
unt, eum, qui comparuit in corpore aſſumpto
formam ignis, nubis, rubi, non fuiſſe Angelum,
um, id enim ſignificari iſto modo loquendi:
*ſum.* Sed cum communi Theologorum opin
cendum eſt, non Deum ipſummet, ſed Angel
fuiſſe, qui in præfatis corporibus apparuerat, De
omnia operatur mediis cauſis ſecundis; neq
illis ab Angelo ſic prolatis comprehenditur
mendacium ſeu falſitas, nam ibi aderat Ange
præſentans perſonam Dei.
S. Tho. in 2 Octauò, huic quoque conſiderationi ſubiicien
diſt. 2. ordo firmus & ſtabilis, qui eſt inter Angelos;
p. 1. q 112. alii Diuina iuſſa & mandata immediatè exequ
a. 2.

exterpis miniſteriis circa noſtram ſalutem, alii impe-
trant, dirigunt & illuminant eos, qui exequuntur; An-
geli executores & immediatè miniſtrantes, iuxta S. Tho-
mam, ſunt ex media & infima Hierarchia, quia ſecundũ
doctrinam D. Dionyſii Angeli miniſtrantes ſunt ii, qui *S. Dion. de*
mediatè à Deo ſunt illuminati, & aſſiſtentes, qui im- *cœleſ. Hier.*
mediatè illuminati ſunt; & quia prima Hierarchia im- *arch. c. 8.*
mediatè ſolùm illuminatur à Deo, media & infima
illuminatur mediatè, mediante ſcilicet primâ, ideò, qui
ſunt ex prima Hierarchia, dicuntur Angeli aſſiſten-
tes, & qui aliis inferioribus comprehenduntur Hier-
archiis, vocantur Angeli miniſtrantes. Præterea,
iuxta Sanct. Dionyſium, proprietas & officia Ange-
lorum deſumenda ſunt ex eorum nominibus, & nomina *S. Thom. q.*
mediæ & infimæ Hierarchiæ *important aliquam execu* *12. ar. 4.*
*tionem circa creaturas corporales ex Imperio Diuino*; er- *S. Dion. de*
gò Angeli harum duarum Hierarchiarum ſunt mini- *cœl. Hier. c.*
ſtrantes & exequentes. *7.*

Sic nomina Angelorum, Archangelorum, Principa-
tuum, Poteſtatum, Virtutum ſignificant aliquam ope-
rationem externam circa creaturas, & vnam alterâ no-
biliorem; ſolùm advertendum eſt, ſecundũ S. Thomam,
quod Dominationes propriè non exequantur, ſed im-
perent ac dirigant Angelos inferiores exequentes; nihi-
lominus Angelorum miniſtrantium inſeruntur nume-
ro, in quantum haud illuminantur immediatè à Deo, ſed
à ſuprema Hierarchia; *at non vt exquentes miniſterium,*
*ſed vt diſponentes & mandantes*; vndè Dominationes
dici poſſunt Angeli aſſiſtentes, in quantum *non mittun-*
*tur ad miniſteria externa circa creaturas*, & mini-
ſtrantes, in quantum non recipiunt immediatam illu-
minationem à Deo, ſed à ſuperiori Hierarchia, *& im* *S. Tho. l. c.*
*mediatè mouent & dirigunt miniſtrantes & exequentes*;
Fundamentũ huius ſententiæ eſt authoritas D. Dionyſii,
qui nō tantùm D. Pauli diſcipulus fuit, verùm etiam vi-
*ſiones eius creditur conſcripſiſſe*, & ratio iſtius eſt, quia ſe-
cundum ordinem Diuinæ Prouidentiæ *Superiora non*
*immediatè debent agere, ſed per ſua inferiora.* Verùm
huic opinioni adverſari videtur S. Paulus: *Omnes ſunt*
*adminiſtratorii ſpiritus in miniſterium miſſi pro-*
*pter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis*, & hic, qui *Hebr. 1.*
vene-

venerat purgatum làbia Iſaiæ prophetæ fuit
Seraphinis, neque inconueniens eſt, quod de lege
ordinaria, & in quibuſdam caſibus mittantur
ſuperiores Angeli ſupremæ Hierarchiæ; ſed ad
ſpondet S. Thomas, *omnes mittuntur*; at dimiſ
ſuperiores *miſſione inuiſibili*, inferiores *miſſione*
*exequendo*, & Angelus ille Iſaiæ *non fuit Seraphim*
*raphicus; id eſt, ignitus*, quantum ad actum,
tum ad ordinem, veluti reſpondet idem S. Th
us, Ad aliam obiectionem reſpondetur, quod
vnus ordo ſubeſt alteri, mutari poſſit, quemadm
ordinem naturæ immutari conſpicimus per m
propter ordinem gratiæ & propter confirmation
dei; aſt quando vnus ordo non agnoſcit alium
nem creatum ſuperiorem, mutari non poteſt:
het ordo Angelorum, quia eſt in ordine gratiæ
um ſuperiorem ſortitur ordinem creatum,
dinatus, ideò Angeli ſuperiores immutabiliter
eminentiam ſuam in imperando, & in non
iubent & non iubentur. Ex quibus declaratur
net aliud dubium; an omnes Angeli miniſtrant
etiam aſſiſtentes? Et reſpondetur, omnes Ange
niſtrant; aſſiſtere etiam quò ad viſionem be
quia omnes miniſtrant, clarè intuendo faciem
non aſſiſtere quò ad immediatam illuminatione
quia Angeli, qui miniſtrant, vt ſunt omnes
vltimæ Hierarchiæ aſſcripti & annumerati,
immediatè, ſed ab Angelis ſuperioribun reuela
cipiunt: ex quo tamen aliud ſuboritur dubium
nes Angeli, iuxta doctrinam S. Dionyſii & Do
gelici, ſint inter ſe inæquales, & ordinati, vt
aſſeritur; *ſecundùm ſub & ſupra*, annon etiam
quod vnus Angelus ſolus ſit aſſiſtens; videlic
mus, & vnus Angelus ſolus miniſtrans,
ſimus; quia ſecundus Angelus illuminatur à
ſolus primus immediatè illuminatur à Deo,
quiritur, vt Angeli ſint aſſiſtentes; ergò ſolus
aſſiſtens; ad eundem modum probatur de vltimo
ſtrante, quia penultimus, cùm ſit ſuperior vltimo

[..]at vltimo, & eum illuminat, ergò non eſt miniſtrans & exequens, ſed ſolus vltimus, qui ſub ſe alium non habet Angelum, cui imperet, erit miniſtrans & exequēs. Huic dubio reſpondet S. Thomas omnes Angelos primæ Hierarchiæ eſſe aſſiſtentes, quia omnes immediatam aliquam à *Deo* capiunt illuminationem; eſto præter hanc primus Angelus nonnullas recipiat reuelationes; quibus illuminat ſecundum, & ſecundus tertium.

*S. Th p. 1. q. 112.*

Eodem modo omnes ſecundæ & vltimæ Hierarchiæ ſunt miniſtrantes, quia omnes immediatè exequuntur, tametſi Dominationes exequantur ſolùm dirigendo & imperando; & ex illis, qui exequuntur, vnus illuminat alium, videlicet, ſuperior inferiorem: ſicque ſolus vltimus Angelus eſt purè exequēs, & nō imperās, & alii ſunt exequētes & imperātes ſimul, & ſolus primus eſt purè aſſiſtens & illuminans ſimul, idq; ſufficiat quò ad doctrinā & ſententiam S. Dionyſii & S. Thomæ; Verùm qui hanc opinionem cū contraria conciliare vellet, duo genera exteriorum miſſionum per veram mutationem localem diſtinguere poſſet: vnum ſine ſignis viſibilibus propter ſolum finem illuminandi, cuſtodiendi, aſſiſtendi: aliud cum ſignis viſibilibus, quemadmodum miſſio facta fuit Iſaiæ Prophetæ; vndè quando negat S. Thomas, quod *ſuperiores Angeli mittuntur*, loquitur *de miſſione viſibili in ſigno viſibili*, & quando altera aduerſa ſententia aſſerit, quod *omnes mittuntur*; id intelligendum aut *per effectum inuiſibilem*, aut *viſibilem*.

Nono, non minùs ſtupendus eſt Angelorum numerus ſine numero, & omnes ſunt diſtincti ſpecie: vndè quot ſunt indiuidua, totidem etiam, vt vult S. Thomas, dantur Angelorum ſpecies. Circa Angelorum multitudinem tres adſunt modi dicendi: primus vult numerum illorum ſpirituum ſuperare numerum cunctorum materialium indiuiduorum totius Mundi comprehendendo etiam ſtellas cœli, arenas maris, aquarum ſtillas, atomos aeris. Secundus dicendi modus ſeu ſententia eſt, excedere omnes corporeas totius Mundi ſpecies. Tertius modus dicendi vult, quod numerus Angelorum ſuperet numerum omnium indiuiduorum materialium in terris exiſtentium, quæ communiter numerari ſolent, vt ſunt omnia hominum brutorumque indiuidua, cum quo di-

*S. Bern to. 1. ſerm. 60.*

*Carthuſ. in 2. diſt. 3. q. 4.*

*S. Tho 1. p. q. 60. art. 4*

cendi modo concordat S. Thomas aſſerens, quod
dùm eam proportionem, quâ magnitudo cœli
terræ magnitudinem, Angelorum numerus exce
diuiduorum numerum materialium; enim
cœli in nobilitate & perfectione ſuperant cuncta
feriora corpora; ita multò magis cœleſtes Spiri
perant omnia corpora: iàm ſi ob rationem
eſt inſtar puncti comparatione cœli, totus nume
rum materialium valdè exigui numeri inſtar
paratus ad immenſum & quaſi innumerabilem
um ſpirituum numerum. Prætereà, vt notat Car
nus ex reuelationibus S. Brigittæ numerus Ange
ſuperat *in decupla proportione* omnes homines
runt, ſunt & erunt, adeò, vt cuilibet homini ad
ſent decem Angeli cuſtodes, & iuxta eandem
proportionem vnus chorus ſuperior ſuperat
ergò ſi primus chorus conſtaret ſolùm mille
rum, ſecundus chorus comprehendet decem
&: tertius centum millia; & quartus mi
lium, & quintus decem millia millium
centum millia millium, ſeptimus mill
lia millium iuxta dictum Prophetæ: *Millia mil
niſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant*
per hic exceſſus non intelligitur duntaxat
numerum, verùm etiam ſecundùm merita,
bet Angelus ſuperior ſuperet inferiorem
eandem proportionem, in ſanctitate, meritis
tudine, & ſecundùm illam proportionem,
quam vnus ſuperat alium in natura, ſuperat
gratia.

*Carthuſ. in 2. diſt. 3. q. 3. ex Dion. B. Bern. tom. 4 ſerm. 49.*

Quod verò inæqualitas, quæ intercedit inter
los, ſit ſecundùm decuplam proportionem,
Bernardinus, quia iuxta regulam Apoſtoli ad
*Inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta*
*tur*; ergò ſi conſpiciamus in rebus materia
obſeruari ordinem & proportionem, quod
mentum ſuperius ſit decies maius alio inferi
enim decies maior & amplior ipſa terra, & aer
& ignis aëre, & cœlum Lunæ decies maius
ignis, & ſic conſequenter ad cœlum Empyreum
idem prorſus dicendum eſt de creaturis ſpiri

*S. Bern. tom. 1 ſer. 60.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Angelicis, vnum, videlicet, chorum decies maiorem eſſe, altero quò ad multitudinem, & quemlibet Angelum ſuperiorem ſecundum eandem perfectionem excedere ſuum inferiorem in perfectione. Et hæc de perfectione Angelorum, progrediamur ad cuſtodiam.

# Caput III.

## Dè Cuſtodia Angelorum circa homines.

### *Quam neceſſaria ſit hæc cuſtodiæ.*

NUllâ humanæ linguæ facienda exprimi & declarari poteſt, quanta ſit neceſſitas Angelicæ huius cuſtodiæ. Tanta eſt, quanta eſt neceſſitas gratiæ, quia, vt docet D. Angelicus, *auxilium Diuinum exhibetur homini mediante miniſterio Angelorum.* Quare Angelica cuſtodia nil aliud eſt, quàm executio Diuinæ Prouidentiæ circa homines: at diuerſo modo concurrunt Deus & Angelus, vt notat Sanct. Bernardus, Angelus concurrit *vt ſuggerens hortando ad bona, Deus vt ingerens infundendo bona*, quia concurſus Angelicus terminatur ſolum ad phantaſiam vſque, quæ per naturalem ſympathiam mota mouet intellectum, & intellectus voluntatem; at concurſus Dei ipſam etiam penetras voluntatem, potentiamque eleuat ad eliciendum actum contritionis, amoris Dei, vel alterius cuiusdam virtutis, ad quam miniſterium Angelicum excitat & diſponit. Ex qua neceſſitate auxilii & illuminationis Angelicæ ſequitur, vt docet idem S. Doctor, quod *ad omnia bona noſtra cooperantur Angeli; non tamen omnia noſtra peccata procedunt ex dæmonum ſuggeſtione*, cuius ratio eſt, quia à nobiſmetipſis peccare, at non benè operari poſſumus absque concurſu & principali Dei, & inſtrumentali Angelorum.

*S. Tho. 1. p. q. 108. a. 3. ad 3.*
*Carthuſ. in 2. diſt. 3. ar. 16.*
*S. Bern. lib. 5. de conſid.*
*loco cit.*

## *In quo conſiſtat hæc Cuſtodia.*

TRes continet actus, quemadmodum collig[illegible] libro Exodi: *Ecce ego mitto Angelum meum, q[illegible] cedat te, & cuſtodiat in via, & introducat in locum [illegible] preparaui.*

Primò, *precedit nos*, monſtrando nobis viam, [illegible] *mna ignis & nubis*, tanquam ignis nos illumin[illegible] flammat, & tanquam nubes moderatur, ac temp[illegible] lorem concupiſcentiæ.

Secundò, *cuſtodit in via*, ab omni nos p[illegible] periculo, quod nobis nocere poſſet, & defen[illegible] ab inimicis noſtris omnibus, qui nos invader[illegible]

Tertiò, *introducit in locum, quem paraui*, [illegible] do ac conducendo nos ipsâ mortis noſtræ hora [illegible] am cœleſtem.

Hæc eſt Angelorũ cuſtodia, videamus modò, [illegible] tione ei correſpondere debeamus. Idque idem [illegible] Spiritus edocet, & oſtendit loco citato, cum [illegible] *Obſerua eum, & audi vocem eius*; debemus ei re[illegible] am & obedientiam: reuerentiam propter perſon[illegible] lentiam: obedientiam propter officii dignit[illegible] rentia debet eſſe filialis, & ex amore procedens, [illegible] filius exhibet Patri, & non ſeruilis, ac proce[illegible] mere, qualem ſeruus exhibet Domino ſuo, & [illegible] ſatisfaceret huic debito & obligationi, impun[illegible] iret, ac proptereà ſubiungit Diuinũ Oraculum: [illegible] *mnendum putes, quia non dimittet, cùm peccaueri[illegible] nomen meum in illo.* Ac ſi diceret: caue, exiguam [illegible] beas rationem & curam; quia, ſi quem in hoc [illegible] ris defectum, impunitum haud tranſire permitte[illegible] rio eſt, quia *eſt nomen meum in illo*, agit vices me[illegible] amque repræſentat perſonam, inquit Deus, & [illegible] rius meus. Quapropter eadem, quæ Angelo c[illegible] ſtro infertur iniuria, infertur & Deo, & tan[illegible] ſa non Angeli ſolius, ſed Dei caſtigatur & puni[illegible]

## *Quæ hucuſq; dicta ſunt, declarantur exemplo Angeli Tobiæ.*

ANgelicæ huius cuſtodiæ circa homines [illegible] valdè extat figura in Hiſtoria ſancti adol[illegible] Tobiæ; hoc idem, quod Angelus Raphael [illegible]

egit cum Tobia, inuiſibiliter nobiſcum agit Angelus Cuſtos noſter. Primò, ſubitò ac Tobias egreſſus fuit domo paterná, Angelus Raphaël ſeſe obtulit ei in ducem & comitem, *præcedebat eum*, indigitando ei viam, optimisq; ac ſalutaribus monitis eum illuminando & inſtruendo.

Et in ſpecie eum inſtruebat, vt omnium operationũ ſuarum primitias libaret Deo, & priusquàm cum vxore ſua conuerſaretur tres continuas noctes præuias precibus feruentiſſimis Deo ſe commendaret vniretque, ac in reditu, antequàm in paternos rueret amplexus, Deum adoraret, eique pro acceptis beneficiis referret gratias, & hoc idem ei faciendum eſſet in cæteris omnibus actionibus.

Aliud dedit ei documentum de modo expellendi Dæmonem, *corde piſcis accenſo*, illius namque fumus hunc cauſabat effectum, ſicut & fel eiuſdem piſcis illuminabat oculos, &, ſecundùm S. Auguſtinum, vtrumque in ſenſu ſpirituali intelligitur de Paſſione Chriſti, quia *corde Chriſti in cruce aſſato fugatus eſt diabolus, & per amaritudinem fellis illuminatus eſt mundus.* S. Aug. ſer. 4. de SS. Pet. & Paulo.

Inſuper inſtruxit eum, quinam eſſent veri animæ theſauri, nempe, *oratio cum ieiunio & eleemoſyna.*

Denique docuit eum modum gratias agendi Deo pro acceptis beneficiis: *Benedicite Deum cœli, & coram omnibus viuentibus confitemini illi, quia fecit vobiſcum miſericordiam ſuam.*

Secundum Archangelis Raphaelis officium fuit *cuſtodire eum in via.* Primò, eripiendo eum à multis periculis, ne ab immani deuoraretur piſce, & a Dæmone Aſmodæo interficeretur, veluti hic omnes præcedentes Saræ maritos, quorum ſeptem fuêre, interfecerat, quia *Angelus Raphaël apprehendit Dæmonium, & religauit illud in deſerto ſuperioris Aegypti.* Secundò, varia ei exhibendo beneficia corporalia præter ſpiritualia, dùm procurauit pro eo vxorem dote ampliſſimá prædiuitem, & receptionem decem talentorum, quæ ei debebat Gabelus. Tob. c. 6. Tob. c. 8.

Tertium beneficium & officium fuit *introducere in domum Patris* Tobiam ſanum, ſaluum, ditatum, ſanctum & fœdere coniugii copulatum; idque nobis ſignificat ingreſſum in paradiſum, quem comite Angelo anima noſtra faciet. In hac hiſtoria conſidera obſequium, quod

 ſanctus

ſanctus Adoleſcens Tobias præſtitit S. Angelo Ra
li, eſto eum vt talem non agnouerit, & qua ratione
las ſupra recenſitas exercuerit virtutes.

*Tob. c. 6.* Primò exhibuit ſancto Angelo Raphaeli reuerent
nuncupando eum Dominum: *Domine in quo*
*Cap. 9.* Secundò beneuolentiam ei exhibuit & amore
pellando eum fratrem, *Azaria frater*; & eadem fa
tate vicißim ei loquebatur Angelus, dicendo:
*l. cit.* *frater*.

Tertiò præſtitit ei obedientiam, & in omnibus
pliciter abſque diſcusſione paruit.

Tandem præſtabis, quotiescunque Draco in
te tentare ac deuorare allaborauerit; voca ſanct
gelum cuſtodem tuum, dicendo ei; *Domine*,
*Sancte Azaria, Azaria frater, adiuua me*, & hic
Azariæ fuit ei manifeſtatum ab eodem Angelo
gatus namque a Tobia, quod ei eſſet nomen, re
*Tob. c. 5* *Ego ſum Azarias Ananiæ magni filius*, & totum
minum iſtorum interpretationem, vernat p
forme fuit, Azarias enim ſignificat auxilium Dei
nias gratiam Dei, & Angelus eſt filius gratiæ,
confert Diuinum auxilium; ergò inuocare A
nomine Azariæ idem eſt, ac inuocare ac impl
uinum auxilium, idque in cunctis noſtris nece
vires & animum nobis adducere debet. Verum
*Gerſon p. 3. ſup magnif. c. 2.* aliud Angelo cuſtodi noſtro attribuit nomen
*Vriel, id eſt, ignis Dei*, veluti appellatur in libr
quia officium eius eſt accendere omnes in vi
amoris ignem; at ſecurius eſt non vſurpare ho
quia à Concilio quodam prohibitum eſt, ve
de ſeptem Angelis diſſeremus, oſtendere
quoque fiduciam, quam debemus Angelo c
ſtro, conducit, vt nullam omninò rem, neque
cordis noſtri arcana celemus cuſtodem & co
ſtrum Angelum. Communis Theologorum
tia eſt intellectum Angeli ſeu boni, ſeu mali n
ereta cordis noſtri, puta, actus liberos
ſtræ abſque præiudicio noſtræ libertatis attinge
re eſt ſcrutari, niſi nobis volentibus & conſ
hac ſuppoſita doctrina è re noſtra eſt, nobiſque

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

proficuum, ſi cor noſtrum teneamus apertum Angelo cuſtodi noſtro, occluſum verò & obſeruatum Angelo malo; vndè in hæc prorumpens verba; mi ſanctiſſime Angele, cõtentiſſimus ſum, vt omnes cogitationes meæ, affectus, & cuncti actus liberi voluntatis meæ ſemper tibi pateant & manifeſti ſint, etenim volo, vt totum in me habeas dominium, quatenùs in eò meliùs me dirigere, & in viam ſalutis deducere valeas; econtrà verò proteſtabens, te nunquam huiuſmodi licentiam & facultatem daturum Dæmoni capitali hoſti tuo, in quem finem cum ſponſa dices; *Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla in hortum meum, & fluent aromata virtutum*; apagè, & recede à corde meò Dæmon infernalis, vente aquilonaris, & veni mi ſanctiſſime Angele, tu auſtralis inſtar venti animam meam Diuinis fœcundabis cœleſtium virtutum aromatibus. Cant. c. 4.

*Propoſitum confirmatur exemplo alterius Angeli S. Petrum Apoſtolum educentis & liberantis è carcere. Act. cap. 12.*

Eiusdem Angelicæ cuſtodiæ aliam quandam habemus figuram in nouo teſtamento, & eſt ereptio S. Petri è carcere facta conſilio & auxilio Angeli, & ex eo, quod Angelus viſibiliter egit cum S. Apoſtolo Petro, colligit Gerſon ſeptem actus & officia, quæ Angelus cuſtos noſter circa nos exercet inuiſibiliter, & ſunt ſequentia: *aſtat, fulget, pulſat, iubet, ſoluit, educit, liberat*. *Gerſon tr. 8. magn. p. c. 3.*

*Aſtat* Deo, inſtanter pro nobis S. D. M. deprecando, & curando, vt & nos *Aſtemus Deo. Aſtat* in particulari, inquit idem, vt fidei aperiamus oculos, cognoſcentes noſtrum finem, qui eſt Deus.

*Fulget*, noſtrum illuminando intellectum, *& illuminat*, ait S. Bernardus, *vt ſuggerens bona, quia hortatur ad bona, & Deus vt ingerens, quia infundit bona*; vndè Angelus concurrit ſolum *diſpoſitiuè*, mouendo phantaſiam per potentiam, quam obtinet per motum localem, in totam naturam corpoream, & phantaſia mota mouet, intellectum, & intellectus voluntatem, veluti dictum eſt ſuprà. *S. Bern. lib. 5 de conſ. d.*

*Pulſat*, & vbi non ſufficiunt inſpirationes ord... ſupperaddit alias efficaciores & extraordinarias, ... ei aperiatur oſtium, & finem, quem prætendit, ... gloriæ Dei.

*Iubet*, proponens id, quod ab anima poſtulat, ... præcipiens in nomine Dei, tanquàm miniſter & ...

*Soluit* à peccatorum paſſionumque laqueis

*Educit*, liberando nos ex hoc corporis ergaſtulo.

*Liberat* à miſeriis & vitæ huius pœnis & anguſtiis, ducendo nos ad libertatem gloriæ. Conſidera ... quâ ratione anima varia in mortis articulo recogitans beneficia ab Angelo cuſtode ſuo ei collata, ... feret verba dicta à S. Petro iam è carcere educto: ... *ſcio verè, quia miſit Deus Angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis, id eſt, Diaboli, & de omni expectatione plebis Iudæorum, id eſt, ſociorum.*

Et hæc de cuſtodia & officiis, quæ Angelus ... noſter circa nos exercet, & de modo, quo eidem ... ſpondere debeamus, ſufficiant; ſupereſt nunc, vt ... perſtringamus compendio, quomodò in nobis ... præſentia efformanda ſit, vt ſemper & in omnibus ... nibus & operibus noſtris Angelum cuſtodem ... habeamus præſentem.

# Caput IV.

## *De præſentia Angeli cuſtodis noſtri.*

QUia ſpiritum ad modum ſpiritus concipere ... poſſumus, ſed eum per modum, ſeu per ſpeciem ... formam corporis concipiamus, neceſſè eſt, ideò ... lum cuſtodem noſtrum nobis imaginari debemus, ...

Tob. c. 5. admodùm eum vidit Tobias: *Inuenit iuuenem ... ſplendidum, præcinctum, & quaſi paratum ad ambulandum*, qui inſuper variis indutus ſit veſtimentis, ...

S. Dionyſ. de eccleſ. Hierar. c. 15. docet S. Dionyſius, ſignificant varias perfectiones ... tutes Angeli.

Ac primò depingi ac formari ſolet pedibus ... tis. Secundò, *amictus lumine ſicut veſtimento.* Te...

Dan. c. 40. indutus chlamyde quadam ignis inſtar rubeâ. Q... præcinctus cingulo. Quintò, cum alis humeris ...

tis. Sextò, coronam geſtans capitis vertici impoſitam. Septimò, ſceptrum tenens manu dexterâ, & ſiniſtrâ normam: quibus figuris & ſymbolis variæ indigantur virtutes, quæ reperiuntur in Angelis, & nobis imitandæ ſunt; nuditas pedum ſignificat puritatem affectuum, lumen [illegible] cognitionem, flamma amorem Dei cum perpetua laude & benedictione infinitæ bonitatis, cingulum figurat odium proprium, quia non amat ſeipſum Angelus, niſi in quantum hic amor ordinatur ad Deum, & eſt propter Deum, corona in capite beatitudinem in viſione Dei, ſceptrum inſinuat dominium in omnes creaturas, norma fabricatoris demonſtrat zelum animarum in ædificanda & propaganda Eccleſia, cum conuerſione peccatorum.

Et verò notanda eſt appoſita coniunctio ſceptri & normæ; etenim conuerſantibus nobis cum proximo ſeriò inuigilandum eſt, nè ob mores incompoſitos ac familiaria nimis colloquia vilipendio ac ludibrio nos exponamus; ſed reginam filiorum Dei conſequemus dignitatem, neceſſè eſt.

Præterea depingitur cuſtos noſter Angelus brachio in cœlum extenſo & eleuato, quia tanquàm cœleſtis Magiſter nobis indigitat commonſtratq; finem noſtrum & medium, finis eſt gloria cœleſtis patriæ, medium eſt glorioſa Conformitas cum Diuino beneplacito, vt, nimirum, perficiamus & exequamur voluntatem *Dei*, ſemper eum laudando & glorificando, quemadmodum in ſatisfaciunt vrbis beatæ incolæ. In hunc modum ante mentis oculos Angelum cuſtodem tuum tibi repræſentare, & in eodem veluti in puriſſimo ſpeculo te contemplari debes, curam ſimul adhibendo, vt virtutes eius per quandam participationem in te reflectantur; vndè quotieſcunque te ſenſeris impuris agitatum afflictumque cogitationibus, purifica te in eius puritate & munditie, ſi obtenebratum in intellectu, luminis eius aſſume ſplendorem; ſi frigidum in amore Dei, in ignem Diuini amoris eius te accende; odium ſanctum mitiget amorem tuiipſius, acediam, quam in benè operando experiris, alarum corrigat velocitas; coronam, qua eiſdem cinguntur tempora, inſpice, vt tibi ſtimulos addat ad ſpem gloriæ; & cùm obtutum fixeris in ſceptrum & in-

ſtrumentum fabricatoris, generoſa reddetur m…
ſio & abiectio, ac zelus animarum euadet fer…
Cum hoc ſtudio contemplationis imitation…
mor quoque eſto, & cura, vt ſemper inuoces…
cuſtodem tuum, & ad eum recurras in quacu…
ſtitutus neceſſitate, vti diximus ſupra.

Poſſumus in ſuper ſanctum Angelum cuſto…
ſentem nobis reddere præſentiâ imaginatiua…
ctiuâ, in eadem forma, in qua comparuit, ac…
Sanctæ Franciſcæ Romanæ, cui ſemper & …
tempore aſſiſtebat in forma pulcherrimi cu…
nis alati, candidis amicti veſtimentis, faciem…
ſplendidiorem præ ſe ferentis, adeò, vt ſancta…
trona nonniſi certis quibuſdam temporibus…
tutum ſuum figere potuerit; & ordinariè ſolo…
lumine, quod ex ea prouicabat. Prætereà…
lus cancellata ante pectus geſtabat brachia, o…
cœlum eleuatos, & coronam in capite, ad…
ſanctam illam Matronam, quod mediante…
num & crucis perpeſſione, ſicut & deſiderio…
triæ conſecutura eſſet coronam æternæ glo…
Gerſon p.3. hoc concludam egregiâ illâ Cancellarii Pari…
ſup. magnif. tentiâ: *Certus eſto, ſi benè vixeris ſub lege mag…*
*& cuſtodiâ ſuorum Angelorum, quorum D…*
*MARIA, ſaluus eris, ſocius eorum factus…*

# CAP. V.

## *De Proprietate & Conditione Ange… cuſtodiæ.*

PRimò, cuſtodia Angelica circa homines…
S. Tho. q. nua, cùm ſemper nobis aſſiſtant; vocan…
113. ar. 6. tur noſtri aſſiſtentes, comites, aſſeſſores: …
S. Bern. ſer. *nobis aſſiſtentes, ambulant ſemper n…*
12. in pſ. *omnibus viis noſtris, & ſunt hominum aſſiſ…*
Qui habi- doque etiam reuertuntur in patriam cœleſtem…
tat.

[a]c ideò noſtram deſerunt cuſtodiam, & quando contingit eos deſcendere de cœlo in noſtrum auxilium, præſtant velociſſimè, &, vt vult Sanctus Doctor, *ſine mora temporis.* Et quemadmodum nonnullos cuſtodiæ ſuæ exequuntur effectus etiam exiſtentes in cœlo, vt cùm orant pro nobis, noſtras offerunt orationes, & bona opera, excuſant opera mala, aut de iis nomine noſtro petunt remiſſionem & veniam; ita alios exequuntur effectus, qui localem ipſorum requirunt præſentiam & aſſiſtentiam circa homines, vt cùm illos illuminant, & defendunt ab aſſultu Dæmonis, ſimiles namque haud operantur effectus, niſi quando exiſtunt in terris. Neq; Angelus deſerens cœlum deperdit aliquid, quia *non accipit aliquid dignitatis à cœlo Empyreo,* & quocunque tendit, ſemper ſecum defert propriam beatitudinem viſionis beatificæ: *Sicut quando Rex actu non ſedet in regali ſolio, nihil eius dignitati ſubtrahitur.*

S. Aug. lib. Soliloq. c. 27. Antiocaſſiod. hom. 61.

S. Thom. q. 112. art. 1.

loc. cit.

Secundò eſt cuſtodia ſupernaturalis, quia omnis actio Angeli *eſt à Deo, & in Deum; à Deo, vt à primo principio, & in Deum, vt vltimum finem*; vnde eſt Miniſter De[i], & *inſtrumentum Dei intelligens.*

Hinc reſpondetur illi dubio, quomodo Angelus ſuperior in natura poſſit miniſtrare homini, cùm *miniſtrare ſit inferioris?* enimuerò eſto Angelus quò ad naturam homine ſit ſuperior, attamen hoc non eſt miniſterium aliquod propriæ ſeruitutis & inferioritatis, ſed cuſtodiæ & prouidentiæ, & eò magis, quod Angeli conſiderent hominem, vt creatum ad imaginem Dei, hanc eis imponentis cuſtodiam, & tanquam vnum cum Deo factum ſpiritum. Neque ad gloriam Dei duntaxat fiunt Angelorum operationes, verùm etiam propter gloriam Chriſti, in quantum homo eſt, ac proptereà conſiderant homines, vt Chriſti morte redemptos & pretioſo eius ſanguine madidos.

Quapropter tempore officii Diuini, quod celebratur in Eccleſia, Angeli ſancti procedunt ad altare venerandum & adoratum Chriſtum in Sanctiſſimo Sacramento, & cum his ſimul deſcendunt, ſacrificii præſenti tempore, innumeri ex omnibus choris Angeli, quia Angeli ſuperiores etiam mitti poſſunt, quando

eſſe-

effectus eſt inuiſibilis , & quemadmodum
immutari poteſt , vt ait S. Thomas, propter
gratiæ & in fidei confirmationem ; ita mutari
do gratiæ propter ordinem vnionis, & creden
cunctos Angelos tàm inferiores, quàm ſuperiores
ueniſſe ad adorandum Chriſtum in eius
cum ſanctiſſima Matre, & aliis etiam, qui
*ei in deſerto.*

Ad hæc Angeli deputati ſunt ad cuſtodiam
rum & Altarium : *Angelorum Choris Altare*
*S. Chryſoſt. lib. de ſacerd.* inquit D. Chryſoſtomus, & adiungit Beda:
*re poteſt in ipſa immolationis horâ ad Sacerdotis*
*aperiri, & in illo Ieſu Chriſti myſterio Angelorum*
*Beda.* *adeſſe.*

Refert S. Nilo de S. Chryſoſtomo, quod
*Barra. to. 4. lib. 3. c. 17* lebrationis Miſſæ copioſam conſpexerit
cateruam, ſummâ cum modeſtiâ , deuotione
aſſiſtentem tremendo Sacrificio.

Frater Ioannes de Parma Ordinis S. Fran
gnæque ſanctitatis Religioſus, cùm vice
ſtolaretur ſocium , qui horâ ſolitâ venire &
ſeruire debebat, hic verò ſomno correptus
daret , vidit Angelum formam Miniſtri
Miſſæ ſacrificio alterius loco miniſtrantem.

*Flos exẽpl. c. 3.* De quodam ſancto Sene legitur, quod
altare viderit pulcherrimum Angelum, &
terrogaret, quid iſto in loco ageret, reſpondit
*ſanctificata ſunt Altaria iſta, à Deo ipſo*

Tertiò eſt cuſtodia perſeuerans ad mortem
in mortis articulo Angelus cuſtos noſter
ga nos gerit, affectum & amorem præcipue
monſtrat, ac curat, vt proſpere noſter ſucced
ad æternam gloriam, idque præſtat modo

*S. Vincent. Sab. poſt Aſcenſ.* Primò, quandò infirmitate correpti,
conſtituti ſumus, ſanctus noſter Angelus
ſtum D. N. Diuinam exorans Maieſtatem,
quoſdam ableget Angelos in auxilium.
ſtus, præcepit ac mandat S. Michaëli, vt aliquot
rum myriades expediat in hunc finem, idem
officium agit Angelus apud ſanctiſſimam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tandem ab ea impetrat prouiſionem, ac ſæpenumerò, ſi moribundus ſingularis Virginis extitit cultor deuotusque famulus, ipſamet in perſona deſcendit, eumque cõſolatur. Prætereà Sancti Patroni, aut parentes ipſius moribundi ſupplicant, vt cum Angelis deſcendant, & conſolentur amicum ſuum, nec ſuâ fruſtrantur petitione.

Secundò, vt Angeli cum aliis Sanctis conclaue ſeu locum morientis attingêre, omni, quo poſſunt, conatu in id incumbunt, vt orationibus aliisque mediis adiuuent, conſolenturque infirmum in agone poſitum, expellentes Dæmones, ne quicquàm ei inferant moleſtiæ.

Tertiò, poſtquam anima iam migrauit è corpore, diſponunt ſe Angeli ad modum & formam quaſi currus triumphalis, ſicque magno cum applauſu ac triumupho comitantur & conducunt animam ad patriam cœleſtem laudes canentes Deo & ſeruo eius, quod de mundo, carne & dæmone triumpharit, dicentesque: *Hic vir deſpiciens mundum, & terrena triumphans, diuitias cœlo condidit ore manu. Euge ſerue bone & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, intra in gaudium Domini tui.* Ac nonnunquam hic Angelorum comitatus, quia comparuerunt in viſibili ſpecie, & corporea forma, à pluribus Sanctis viſus fuit. S. Anton. p. 3 tit31., c. 5.

Quartò, animam ſanctam cum iubilo cœleſti conducunt ad thronum Chriſti & MARIÆ Virginis, à quibus aſſignatur locus ſuæ gloriæ.

Quintò denique ſalutatur, deprædicatur & laudatur à tota cœli Curia, vbique in arcubus & pyramidibus egregia vitæ ſuæ facta deſcripta conſpicit, in annalibus æternitatis ad perpetuam memoriam exarata deprehendit, legitque omnia ſua bona opera in hoc mundo propter Deum facta. Et hæc de natura & proprietate cuſtodiæ Angelicæ.

## Cap. VI.

### *De deuotione nouem Angelorum Choris exhibenda.*

Antequàm progrediamur ad praxin deuotionis huius, primò ſupponendum eſt, totam cœleſtium ſpirituum vniuerſitatem diſtributam eſſe in tres Hierarchias, &c

as , & quamlibet Hierarchiam in tres Cho[...]
unumquem que horum innumerabili conſtare[...]
rum multitudine, quorum quilibet tribus p[...]
potentiis, memoriâ, intellectu & voluntate, [...]
*vt ſimilitudo Trinitatis in eis*, veluti in primi[...]
S. Thom. Diuinæ omnipotentiæ, *inſinuetur impreſſa*, [...]
cart. q. 108 quia *multitudo perfecta*; *id eſt, benè ordinata* [...]
ar. 2. *fuſa ex primo cœlo reducitur ad Trinarium*, [...]
*principium, medium & finem*; *ſiue ad ſupremum* [...]
*& finem*; Quapropter omnes Angeli collecti[...]
in tres diuiduntur Hierarchias , & Angeli p[...]
rarchiæ ſunt ſupremi, qui aſſiſtunt contemp[...]
Angeli ſecundæ Hierarchiæ ſunt medii, qui [...]
Mundi regiminis curam habent : & Angeli [...]
rarchiæ ſunt vltimi, qui attendunt regimen [...]
Inſuper, vt benè aduertit Durandus, Hierar[...]
ſtinctio fundata eſt in diſtinctione illuminat[...]
tribus modis illuminatur Angeli, alii immed[...]
& ſunt ſupremi Angeli primæ Hierarchiæ, [...]
à ſupremis, & ſunt medii , alii mediatè a [...]
infimi : quamuis enim omnes ſancti Angeli [...]
Diuinâ fruantur eſſentiâ, nihilominùs id, [...]
lute hominum præſtare debent, efficiunt p[...]
tionem & reuelationem, aut immediatè, [...]
Deo; vndè hic ordo Diuinarum illuminati[...]
*vno originaliter, & ad vnum finaliter*, vt loqu[...]
dus, *quia eſt à Deo* , *& vt reducamur in D*[...]
ſignificat nomen græcum Hierarchia, *id eſt*, [...]
*cipatus , ſeu ordo Beatorum Spirituum ſub* [...]
*Diuinas illuminationes*, modo iam dicto.

Secundò conſiderandum eſt, qua ratione H[...]
*id eſt Diuinus ordo eſt ſcientia actus &* [...]
S. Dionyſ. tra doctrinam S. Dionyſii , quia ſicut ſancti A[...]
de cœl. Hie- bent naturam ſuam creatam & ordinatam à [...]
racrh. c. 3. pter Deum, vt vltimum finem; ita omnes [...]
cogitationi, amori & operationi propter De[...]
quantum in ipſis eſt, ſeſe aſſimilent Deo.

Tertiò, chorus & ordo Angelorum [...]
Mag. ſen- giſtro ſententiarum definitur in hunc modum[...]
tent. *titudo cœleſtium Spirituum in aliquo munere* [...]
*conuenientium* , ſic Seraphini vnum conſtituunt [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quia conueniunt in exceſſu Charitatis, & Cherubim in
alio ſiſtuntur ordine, quia ſunt ſimiles in eminentia ſci-
entiæ: *Seraphim dicuntur, quia præ aliis ar-
dent charitate; Cherubim, quia præ aliis in ſcientia emi-
nent*, & hæc dictio (*præ aliis*) intelligitur reſpectu Ange-
lorum inferiorum, non ſuperiorum, quia Angelus ſupe-
rior in omnibus perfectionibus excedit inferiorem: vn-
de Seraphim non in Charitate duntaxat, verùm etiam in
ſcientia ſuperant ipſos Cherubim, & hoc ipſum erat *S. Greg.*
quod dicebat S. Gregorius: *In ſanctis Angelis nihil poſ- Hom. in*
*ſidetur ſingulariter, licet non æqualiter*. Vndè ſequitur, quod *Evang. a-*
quemadmodum in Perſonis Diuinis perfectiones eſſen- *pud D. Tho*
tiales ſunt omnibus communes nihilominùs *per quan- q. de ſpec.*
*dam accommodationem*, vna perfectio attribuitur huic *creat. a. 8.*
Perſonæ, alia alteri: veluti potentia attribuitur Patri,
ſapientia Filio; ita charitas ſcientia &c. ſunt perfectiones
communes omnibus Angelis, attamen charitas attribui-
tur Seraphim, ſcientia Cherubim, & perfectio dignior,
ſub hac cõparatione noſtri, appropriatur Angelo ſuperiori.

Et hæc pro intelligentia dicendorum ſufficiat. Igitur
deuotionis huius vacaturus exercitio, Diuina aſſiſtente
gratia, ſanctorumque Angelorum patrocinante auxilio,
quantũ potero, procurabo ſemper ambulare in præſen-
tia eorundẽ Angelorũ, cœleſtes eorũ cõtemplando, per-
fectiones, ſimulq; conſiderando, quanta ſit eorum puri-
tas, quanta ſapientia, quanta potentia, quanta intima co-
rum ac perfectiſſima cum Deo vnio: vndè à D. Dionyſio
ſupra citato nuncupantur *ſcientia, id eſt affectiua, & actio
abſtracta*, vt nobis ſignificaretur & innoteſceret, totos
ipſos abyſſo Diuinę pulchritudinis eſſe immerſos cogni-
tione, amore, actione, nihil ſibi retinentes, & in hos eos
imitari conabor, verùm vt expreſſior menti meæ inſcul-
patur effigies præſentiæ Angelicæ, imaginabor mihi no-
uem Angelorũ choros eſſe veluti nouem Miniſtrorum
ordines, ad ſeruitium obſequiumque Dei ter O. M. in ſu-
prema cœleſti curia deputatos, inſuper & Chriſti D. N.
in quantum homo eſt, ac ſanctiſſimæ Matris eius mini-
ſterio dedicatos; imaginabor mihi etiã, quod ſint veluti
nouem Chori muſici, qui in cœleſti aula die noctuq; ac
ſemper Diuinas decantent laudes: *Populum Iſaiæ*
*iſtum formaui mihi, laudem meam narrabit*:
quod ſunt tanquam nouem exercitus militum

ad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad cuſtodiam & defenſionem ſupernæ ſupremæq;
li Monarchiæ deſtinati. Et ſanctum Michaëlem
angelum conſiderabo vt ſupremum omnium c
cœleſtis curiæ Præfectum, vt Magiſtrum ac d
muſicæ cœleſtis; vt ſupremum & generalem c
litiæ ducem.

Secundò, conſidera Angelorum conditiones,
mò in genere: *Facit Deus Angelos ſuos ſpiritus,*
Pſal. 103. Heb. 1. *ſtros eius ignem vrentem*; creauit Deus Angelos
venti velociſſimos, & inſtar ignis efficaciſſimos,
na exequantur præcepta: ad Angelorum igitur
dinem debet eſſe ventus ſeu ſpiritus & ign
*ventus*, ratione velocitatis ac promptitudinis
endo, exequendoque voluntatem Dei: *ignis*,
Diuini amoris continuò in corde tuo con
*vrens*, mediante charitate proximi, inflamma
cendendo omnes in eundem Diuini amoris ig
ſecundùm Dionyſium, aſſimilantur Angeli, q
q. 108. a. 4. gaudent proprietatibus, & ſunt iſtæ: *Primò eſſe*
*actiuum. Secundò eſſe calidum, acutum & feruen*
*eſſe illuminatiuum*: & *Angeli inclinabiliter mo*
*Deum, purgant inferiores, & ad perfectionem*
*illuminant.*

Ad hæc conſidera eoſdem Angelos in partic
cipiendo à primò comparatione noſtri ad vlt
Deo vicinum. Conſidera primum chorum
rum cuſtodum rerum & hominum particular
dum chorum Archangelorum cuſtodum com
tum: tertium chorum Principatuum cuſtodum
rum: quartum chorum Poteſtatum Dæmon
ſcentium & refrænantium: quintum chorum V
miracula patrantium: ſextum chorum Domin
aliis Angelis imperantium: ſeptimum chorum
S. Bern. lib. de conſid. rum, *qui eminent in tranquillitate & pace*: octa
rum Cherubinorum, *qui eminent in ſcientia*:
chorum Seraphinorum, *qui eminent in charitate*.

In hiſce choris Angelicis meditaberis virtu
lorum proportionatas eorum officiis, & C
mis Choris poſtulabis zelum animarum: à P
vires, vt diaboli tentationibus reſiſtere,

vincere poſſis: à Virtutibus poteſtatem & facultatem
patrandi miracula, non in alio, ſed in teipſo, quâ, nimi-
rum, naturam tuam, veluti beſtialem, conuertas in ſpi-
ritualem, Angelicam & Diuinam: à Dominationibus
petes Dominium in omnes paſſiones tuas: à Thronis
pacem & gaudium: à Cherubinis cognitionem: à Sera- *S. Thom. q.*
phinis amorem Dei. Quapropter, iuxta S. Thomam, *108. art. 8.*
diſtinctio horum trium chororum primæ Hierarchiæ
deſumitur à tribus actibus beatificis, & ſunt: *Viſio, Amor*
*& gaudium: ſiue tentio*; & eaſdem poſtulabis gratias à
ſanctiſſima Matre, vtpotè Reginâ & Domina omnium
nouem chororum Angelicorum.

Tertio conſidera, quæ qualiſue ſit nobilitas & excel-
lentia animarum noſtrarum, quæ ſunt dignæ, *vt aſſu-*
*mamur ad ordines Angelorum*; vndè docet S. Auguſti- *S. Aug. cit.*
nus, *quod non erunt in cœlo duæ ſocietates hominum &* *apud. D.*
*Angelorum, ſed vna. O Angeli ſanctiſſimi aſſumite me ad* *Tho.*
vos, ad veſtram habitationem, ad veſtram ſocietatem &
colorum, ad veſtram gloriam. Verùm quomodo
anima eleuari poteſt ad tantam gloriam, cùm Angeli
gloriam obtinuerint proportionatam gratiæ, & gratiam
conformem naturæ; ergò ſicut quilibet Angelus in na-
tura cunctas ſuperat animas, ita quoque in gratia & glo-
ria. Reſpondet S. Thomas, proportionem illam inter na-
turam & gratiam ſolùm obſeruatam fuiſſe in Angelis,
non obſeruari in hominibus; ac propterea poſſe ho-
minem in ordine gratiæ non æquiparari duntaxat An-
gelis, ſed etiam ab iiſdem poſſe ſuperari Angelos, quia
meritum animæ poteſt eſſe maius merito Angeli, &
*propter difficultatem in operando, & propter diuturnita-* *S. Thom. in*
*tem viæ*. Via namque merendi hominibus conceſſa lon- *2. ſent. d. 6.*
gè diuturnior eſt via Angelorum, *& per merita Chriſti,* *q.*
*qui non Angelos, ſed ſemen Abrahæ apprehendit.* Ex dictis
ſequitur, vt optimè etiam notat S. Bonauentura, quod,
etſi Angeli non peccaſſent, attamen *homines ad eo-* *S. Bona. in*
*rum ordines fuiſſent aſſumpti, & tales aſſumptio fuiſſet ſola* *2. diſt. 9.*
*beatificatio, & non reparatio.* An uero numerus homi-
num ſaluandorum conformabitur numero Angelorum
bonorum aut prauorum? Reſpondet S. Gregorius futu- *S. Greg.*
rum conformem numero Angelorum, qui perſeuerâ- *Hom 34.*
runt in gratia, idque probat ex eo, quod ſcriptum eſt in

*Deut.* 34. Deuteronomio: *Poſuiſti terminos populorum* [illegible]
*rum filiorum Iſrael*, & ſecundùm aliam litteram,
*rũ Dei*, & ampliùs probari poteſt, quia homines &
li immediatè ordinati ſunt ad gloriam, & non
inuicem, ergò probabile eſt, quod ex æquo, &
li numero concurrant ad formandam vnam
cœleſtem, & vnam Eccleſiam triumphantem;
runt, numerum prædeſtinatorum æquipara
numero Angelorum, qui ceciderunt; at D. Tho
ſpondet id eſſe incertum; quia numerum electo
*S. Tho. in 2. diſt. 9.* *ſcit, cui ſoli cognitus eſt numerus electorum*
*licitate locandus*; certum igitur eſt, quod anim
Angelorum inſerentur numero & ſocietati,
homines decimum chorum haud conſtituent
Angelorum choris diſtinctum; ſed in iiſdem
tur choris Angelicis, aut ſuperioribus, aut
iuxta maiora aut minora eorum merita;
li aſſumentur ad Chorum Angelorum, alii ad
Archangelorum, & ſic de aliis ad ſupremum
raphinorum chorum; Quamobrem optim
mentum & conſilium eſt, vt præ aliis intendam
limemus in chorum Seraphinorum, idque
*S. Gregor. Hom.* 34. Gregorium præſtamus exercitio ardentis
dentique deſiderio vnionis cum Deo, ſitibu
fontem aquæ viuæ anhelantis; hæc enim
ſecundùm ſimilitudinem, & ad eum Angelicum
aſſumetur anima, cui ſimilis reperietur in
qui ardenter amant Deum in ſeipſo, tranſi
ordinem primæ Hierarchiæ, quemadmodum
mant Deum in proximo amore beneuolen
buntur in ordine ſecundæ Hierarchiæ; &
qui amant Deum in proximo amore benefic
nebunt ſedem ſuam inter ordines vltimæ H
& ratio huius eſt, quia prima Hierarchia
vnione immediata cum Deo, ſecunda Hiera
mediante proximo, attendendo vniuerſ
ni, tertia etiam mediante proximo impende
ac cuſtodiæ particulari hominum, commo
gnorum, conformiter docet S. Thomas; &
ius capitæ conſidera, quàm elegans à nouem

tur concentus, & quàm ſuauis vocum, inſtrumentorum-
que muſicorum componatur melodia à cœleſtibus illis
ſpiritibus, quotiescunque anima aliqua præcelſam cœ-
li ſubinerat aulam, & præſertim ab illo choro, in quo ani- *S. Aug.*
mæ beatæ ſedes ſua conſignabitur in proprio throno
gloriæ. Huc igitur, anima mea, diriges tuas cogitatio-
nes, affectus, deſideria, linguam & manum, aliud haud-
quaquam cogitabis, amabis, deſiderabis, neque propter
aliud operaberis, creata es propter vitam æternam, ordi-
nata ad cœleſtem gloriam, deputata ad ſocietatem An-
gelorum, intrabis in *Sancta Sanctorum* cœleſtibus an-
numeraberis Cantoribus, vt Agno laudes decantes in
æternum, videbis perpulchram illam Cœli curiam, Re-
gem gloriæ Chriſtum Ieſum, Reginam cœli & terræ,
præcelſam Dei Matrem, ſanctiſſimam Trinitatem Pa-
trem, Filium, & Spiritum ſanctum. O viſionem beatam!
O ſtatum fœlicem! O gloriam ſempiternam! *videre
ſanctos, eſſe cum ſanctis, & ſanctum eſſe.* Denique, vt ma-
iorem erga nouem Angelorum Choros excites deuo-
tionem & affectum, eosque efficaciùs exores, quatenùs
ad ſuam te ſuſcipere dignentur ſocietatem, valdè condu-
cet, ſi nonnunquam de die recitaueris quaſdam oratio-
nes iaculatorias in iſtum finem ordinatas, quarum vna
eſt, quam ſubiicio.

*Angeli, Archangeli, Principatus,*
*Poteſtates, Virtutes, Dominationes,*
*Throni, Cherubim, & Seraphim.*
*Aſſumite me ad vos.*
*Orate pro me, illuminate & inflammate me.*
*Abrenuncio Mundo & Carni, Diabolo & mihiipſi.*
*Coniungor vobis, & vnior in tempore & æternitate.*

Vel dices cum S. Sophronio, Archiepiſcopo: *O vos* *S. Sophr.*
*omnes ſuperni Regis adminiſtri, qui Creatoris voluntatem* *Arch. 7.*
*indeſeſſe perficitis, conſeruate vitam meam, inoffenſam,* *to. BB PP.*
*fidem infractam, dilectionem erga Deum & proximum in-* *orat. 6 de*
*tegram, & ab omni offenſione liberam, manu me, quæſo,* *Angel. ex-*
*ducite, & deducite, & ad omnem ſalutarem,* *cell.*
*Deoque acceptam, ſemitam*
*dirigite.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Cap. VII.

## *De deuotione ſeptem Angelis exhibenda.*

CErtum eſt, eiusque expreſſum Scripturæ
hibet teſtimonium, ſupra omnes Angelos
ſeptem ad ſupremum Saraphinorum chorum
tes, qui ſemper aſſiſtunt ante Deum, Diuinam
plantur pulchritudinem, Diuinaque excipiunt
beneplacita, quæ inferioribus communicant.
Hic ſeptenarius Angelorum numerus legitur
*Tob. c.12.* Tobiæ: *Ego ſum Angelus Raphael, vnus ex ſeptem*
*Apoc. c.4.* *aſtamus ante Deum.* Et in Apocalypſi: *Gratia*
*pax ab eo, qui eſt, qui erat, & qui futurus eſt,*
*Apoc. c.5. & 6.* *ſpiritibus, qui in conſpectu Throni eius ſunt.*
*Agnum ſtantem tanquàm occiſum habentem*
*ptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus*
*in omnem terram.*

Et quamuis hi Angeli, veluti etiam reliqui
propriis gaudeant nominibus, quibus nuncu
*S. Aug. in pſal. 146.* Deo, vt oſtendit S. Auguſtinus ex illo pſalmi
*Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus*
*nomina vocat,* vbi S. Doctor per ſtellas intelligit
ſanctos, qui ſunt veluti ſtellæ ſpirituales, *&*
*dam in Eccleſia conſolantia noctem noſtram.* Ni
latent nos hæc nomina, noſtramque
titiam, & nonniſi propria trium primorum
hiſce Angelis nota ſunt nobis nomina,
*el, Gabriel & Raphael*, alia nomina, quæ
Angelis attribui ſolent, tanquàm apocrypha,
teſtimonio S. Scripturæ ſtabilita, prohibita
*Concil. Roman. ſub Zacharia Pontif.* cilio Romano. Et rametſi nonnulli Sancti Patres
mentionem nominis huius *Vriel*, ſecurius
hoc non vſurpare, tùm quia Concilium,
*S. Ambroſ. lib. 3 de fid.* exceptis, prohibet omnia, tùm etiam, quia liber
*S. Bona.* Eſdræ, in quo fit mentio huius nominis
canonicus. Officium horum ſanctorum Angelorum
vt ſtent ante thronum Sanctiſſimæ Trinitatis,
prom collaterales Aſſiſtentes, ac Diuini Conſilii

ſtarii, ideoque vocantur in ſacra Scriptura *ſeptem oculi, ſeptem cornua, ſeptem lampades*, quia per eos Deus ſanctæ ponſæ ſuæ Eccleſiæ, eamque tuta ur & illuminat. Conſiderandum, quâ ratione ante ſedem Dei, ſanctiſſimæ Trinitatis, aut ſacratiſſimæ Humanitatis Chriſti, & Beatiſſimæ Virginis aſſiſtant hi ſeptem Angeli tanquam *ſeptem lampades ardentes*, & poſt eos ſequantur omnes alii nouem Chori. *Apoc. c. 5. & 6. & c. 4*

Pro deuotione præfatis ſanctis Angelis debitâ tres actus exerceri poſſunt. Primus eſt gratiarum actionis, agendo, nimirùm, gratias Deo ter Opt. Max. quod tam potentes, ſapientesque produxerit Spiritus, eoſque vt vniuerſales noſtros protectores inſtituerit.

Secundus eſt actus petitionis, exorando eoſdem Angelos, quatenùs *orent pro nobis, vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.*

Tertius eſt actus oblationis, offerendo & recitando ſeptem vicibus: *Gloria Patri &c.* ad eorum Sanctiſſimæque Trinitatis honorem.

# Cap. VIII. & vltimum.

## *De Deuotione Sancto Archangelo Michaeli exhibenda.*

QVemadmodum communis docet Sanctorum opinio, Luciferum inter omnes Angelos extitiſſe primum, idque confirmat S. Thomas dicens: *Angelus ſupremus inter peccantes fuit ſupremus inter omnes*, & ſuadetur ex illo Iob: *Tu es principium viarum Dei, id eſt, creaturarum*, ubi loquitur de Lucifero; quo ſimul ritè capitur, vt idem ſanctus Doctor obſeruat, quâ ratione primum peccatum Luciferi fuerit ſuperbia, quia ſicut in natura cæteris omnibus ſe conſiderabat ſuperiorem; ita quoque in præeminentia & imperio volebat eſſe primus & ſupremus. *S. Tho. q. 36. a. 7. Mag. in 2. diſt. 6. Iob. 40.*

Ad eundem modum communis etiam tradit ſententia, Sanctum Michaëlem inter omnes Angelos bonos habere primatum, iuxta illud Danielis dictum: *Ecce Michael vnus de Principibus primis, id eſt, primus de primis*, vt exponit S. Hieronymus; vndè inter omnes Seraphinos *Dan. c. 10.*

*Bellar. tom. 1. contr. 3. c. 9.* primus eſt; idque oſtendit & probat Cardinalis
minus primò ex illo Apocalypſis, vbi dicitur, q
*chael & Angeli eius prœliabantur cum Dracon*
*Apoc. c. 11.* dicere: *Michael & exercitus eius ſibi ſubuâm;*
chael, veluti Princeps & caput Angelorum,
ſupremus eſt.

Secundò, quia regimen Monarchicum
*cipe* eſt optimum, veluti etiam Regnum mil
eleſiæ, ad ſimilitudinem Triumphantis,
*ce*; Quapropter Sanctus Michael à S. M. Eccle
coratur titulo Principis cœleſtis militiæ.
*Eccleſ. in commend. adimæ in miſſa defunc.* *Sanctus Michael Archangelus, qui militia cœl*
*Principatum*; attribuitur quoque ei nomen
quia in die iudicii ſignum Crucis, quaſi col
ſtianæ vexillum, geſtabit: *Signifer ſanctus*
*præſentet eam in lucem ſanctam, quam olim Ab*
*miſiſti & ſemini eius*, ad eundem denotandum
quem habet S. Michael ſupra omnes Angelos
Eccleſia ſolet eum primum nominare & ſ
ſanctiſſimam Virginem. Officium nobilis
nentis Spiritus eſt, vt vniuerſalem agat ſa
protectorem defenſoremque, veluti antiquitu
gæ Hebræorum tutor erat & defenſor.

Præterea, vt ſuprà inſinuatum fuit, eſt vel
leſtis Præfectus, muſices Paradiſi in nouem
ſtinctæ ſupremus Magiſter & director, Dux
Imperator cœleſtis militiæ, cuius nutui, ea
celeritate ac promptitudine obtemperant
*Pſal. 32.* geli: *Immittet Angelus Domini in circuitu tim*
*id eſt, immittet ſe Angelus*, ipſo fulgure cele
monſtrans ad quodcunque imperium & n
minimum S. Michaelis, & in vexillo ſuæ mili
ſam gerit interpretationem ſui nominis:

Officio inſuper S. Michaelis Archangeli
morti noſtræ præſideat, & ea omnia, quæ
um aut pœnam animarum noſtrarum ex
*In Officio S. Mich.* ordinet ac diſponat: *Sancte Michael Archang*
*te Principem ſuper omnes animas ſuſcipien*
cauſa depingitur cum gladio & bilance, ad
poteſtatem, quam habet ſuper animas noſtr

notandam æquitatem & rectitudinem in ponderandis
iudicandisque noſtris meritis ac demeritis. Suppoſitâ
igitur excellentia naturæ huius Angeli, officii eius præ-
eminentia, multitudine beneficiorum, quæ ſanctæ Ec-
cleſiæ ac cuilibet animæ in particulari confert, omninò
conueniens, ac rationi planè conforme erit, vt ſpeciali
deuotionis gratitudinisque titulo tàm liberali Benefa-
ctori grates nos exhibeamus: ac primò Excellentia
ſancti Michaëlis tàm quò ad naturam, quàm quò ad gra-
tiam in magnâ apud nos ſit exiſtimatione; oportet, &
ſuppoſita S. Dionyſii, ſanctiq; Thomæ ſententia, aſſe- S. Dion. de
rente, non Hierarchias duntaxat & choros, verùm etiam cœl. Hier. c.
perſonas Angelorum inter ſe differre, eſſeque inæqua- 10.
les in natura & gratiâ, vndè in eodem choro *dantur An-* S. Tho. q.
*geli primi, medii & ultimi*: debemus nobis imaginari quã- 50. a. 4.
dam veluti ſcalam ab infimo Angelo ad ſupremum vſq;,
qui eſt ſanctus Michaël, pertingentem, in quâ ſuperior
in perfectione ſemper excedat inferiorem, ita, vt, iuxta
mentem S. Bernardi, decuplo ſit perfectior; adeoq; aſcẽ- S. Bern. to.
dendo; ſecundus decuplo ſit perfectior primo, & 1. ſerm. 60.
tertius ſecundo, & quartus tertio, & ſic conſequenter
aſcendendo ad ſummitatem ſcalæ vſque, in qua eſt con-
ſtitutus S. Michael, & ſi primo nonniſi decem aſſignare-
mus gradus gratiæ, aſcendendo ad ſecundum, hic habe-
bit centum gradus gratiæ, & tertius mille, & quartus de-
cem millia, & quintus centum millia, & ſextus millia
millium, & in aliis ſuperioribus maior & maior depre-
hendetur, imò ad ſupremum vſque erit numerus quaſi
innumerabilis graduum gratiæ, & tota hæc gratia adeò
immenſa inuenitur in ſupremo Angelo, qui eſt S. Micha-
el, de qua cum ipſo lætari & gaudere debeo, quod ſit
ornatus à Deo in tanta donorum, tàm naturalium, quàm
ſupernaturalium eminentia.

Secundò neceſſe eſt, ſubſequatur actus petitionis, de-
precando humillimè S. Michaëlem, vt te tanquàm mi-
litum & ſubditum admittere dignetur ad ſuam cohor-
tem, quatenus cum eo gloriam Dei enarrare, ac Domi-
num Deum in æternum laudare & deprædicare valeas.

Subſequenter deindè actus imitationis, quo ſtudebis
imitari ipſius zelum circa honorem Dei, animarumque
ſalutem, expugnando ſtrenuè Luciferum eiusque ſequa-
ces,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tes, quia bellum, quod in cœlo incepit inter Luc
& S. Michaëlem, finem ſuum nondum obtinu
Mundi finem vſque durabit. Quare eadem pu
tatoris tui arripies arma, ſemper, vt ſupra inn
ſpondendo Dœmoni tentatori: *Quis vt Deus?*
tant diuitiarum cupidine? reſponde: *Quis vt*
Quis Deo ditiſſimo ditior, qui opulentioribu
opibusque ſplendidioribus me ditare poterit
voluptatum illecebris? reſponde: *Quis vt Deus*
Deo dulciſſimo & ipſa dulcedine dulcior, qu
præſentia me conſolari poterit? eodem mod
tentatori reſpondebis in cæteris tentationibus

Plurimum quoque conducet & proderit, ſi
interdum aſpires ad S. Michaelem variis ora
iaculatoriis, veluti eſſent ſequentes:

*In eius of-ficio.* *Princeps glorioſiſſime Michael Archangele,*
*noſtri, hic & vbique precare pro nobis Filium Dei*

*Sancte Michael Archangele defende nos in pr*
*non pereamus in tremendo iudicio.*

*S. Sor. Arch. Hieroſ. de Angel. excell. To. 7. BB. PP.* *O ter ſanctiſſime, ſummeq; amande & venera*
*ctæ militiæ Princeps, & adminiſter Michael,*
*Coriphae, omni cultu omniq; laudis celebratione*
*Te oro, & quantum poſſum, obteſtor, vt*
*curriculo exituro lætus pacatus appareas mi*
*to alarum tuarum velamine abſcondas, &*
*ad domum Dei in voce exultationis & confeſſionis*
*feſtum celebrantium.*

Et hæc de deuotione erga ſanctiſſimos Ang
ſpecie erga Angelos cuſtodes noſtros, ad g
Regis Reginæque Angelorum Ieſu
MARIÆ.

Deo laus, honor & gloria